illic nõ ſit pportio inter potentiã motoris
et moti: impoſſibilis eſt in formis: inq̃tuz
ſunt forme. conſtat aũt q2 p̓mũ motorem
quẽ ponit eſſe deum: ponit formã p̓mi mo
bilis: per approp̓atõem vel in diſtantiã: ſi
cut etiã ceteros motores celeſtes vocat for
dic ẗtiuz mas ſuoꝝ orbium. ¶ Unde credo q2 Ari/
ſtoteles in lumine naturali loq̃ns non po
neret eũ poſſe velocius mouere: q̃z mouet.
ſicut nõ poneret eum poſſe nõ ↄſeruare ce/
2 lum. ¶ Scḋo. q2 poneret euz eternaliter ſe

determinaſſe ad mouere illa velocitate: q̃
mouet ex bonitate ſua: qua voluit ſingulis
participare ſuã bonitatem: inq̃tum natu
ra rez hoc patit ¶ Tertio. q2 ideo ſe determi/ 3
nauit ad mouere illa velocitate ⁊ nõ alia.
q2 illa ẽ optima pro regimine vniũſi. ¶ Et 4
quarto. q2 quia volũtas ei⁹ immutabilis
eſt: diceret q2 eternaliter neceſſe eſſz eum ſic
mouere: neceſſitate imutabilitatis. ¶ Quin/ 5
to. q2 nõ tñ eſt coactus: ſicut etiaz catholi
cus dic q2 pater nõ coacte generat filiũ: tñ
generat euz: vt dcm̃ eſt. neceſſitate ĩmuta
bilitatis. ¶ Sexto. q2 nõ eſſet liber liberta/ 6
te oppoſitõis in agendo. quia hoc in lumĩe
naturali nõ dicit pfectõem ſimplr: ſed in/
cludit poſſe mutari de vna volitõe in aliã
et ecõuerſo. ¶ Septimo q2 eſſz liber liberta 7
te cõplacẽtie. quia agit p̓ncipaliter: gratia
ſue pprie bonitatis: ⁊ nõ alicui⁹ coactõis.
Hec credo: poneret lumẽ naturale: q̃ om/
nia ſequunt ad hoc qḋ ponit deus nõ poſſe
creare. ſic aliquo modo tactũ fuit in pban
do ↄcluſionẽ in ſecũda rõne. ¶ Et ideo ſi/ notã.
ſtendo in ↄcl'one pro ſol'one p̓me rõnis eſt
notanduz q2 dupl'r põt imaginari ĩfinitas
¶ Primo vigoris: de qua dcm̃ eſt q2 in lu 1
mine naturali nõ ponat. ¶ Scḋo durati 2
onis. ⁊ hec illis attribuit que ſemp manẽt
eadem. Et eſt duplex. q2 q̃dam eſt infini/
tas duratõis paſſiua. ⁊ hec dat ſemp mo
tis. vt materie p̓me: in qua ſolum eſt infi/
nitas duratõis paſſiua. q2 ſemp manens
ſcḋm phm: ſemp patit: nihil agẽdo. Et põe/
ret iſtam infinitatẽ duratõis paſſiuã phi
loſophus in om̃ib9 ſemp motis. Alia ẽ in
finitas duratõis actiua. que ſemp manẽs
ſemp agit. ¶ Et eſt iterũ duplex. quedã em̃ 1
eſt infinitas duratõis in agendo potẽtial
puta qua res ſemp manẽs ſemp agit mo/
ta. ſ. motu recipiẽdo a motore potentiã ſp
agendi. Et hãc poneret phus in oib9 cor/
porib9 celeſtib9. quia p motũ ſuũ quẽ Ari
ſtoteles ponit eternũ: recipiũt ṽtutẽ ſemp
agẽdi in hec inferiora. ¶ Alia eſt infinitas 2
duratõis in agẽdo. etiã actualis: ſcz q̃ ali
quid ſempiterno tpe manẽs immutabile
ſine om̃i mutatiõe ſui ſemp agit mouẽdo
mobilia: q̃ mota vlteri⁹ mouent. Et hanc
poneret phus in om̃ib9 intelligentijs cele
ſtib9: quas fides nr̃a vocat ṽtutes moti/
ces. ſcz que mouent orbes: quas om̃es re/
putaret phus immobiles. quia cũ ſint di
uiſibiles ⁊ eterne coexiſtentes ſuis orbib⁹

diceret eas nō poſſe moueri. Et hec ē mēs phi.xij.metaph.ca.vj.i q̄ poſtq̄ poſuit deū eſſe immutabilem.ꝛ probauit in ca.v. dicit tot eſſe tales virtutes immobiles quot ſūt motus celeſtes.¶ Uez ē ꝙ in multis horū deficit lumen naturale a catholica veritate ſed experientie ꝛ p̄ncipia quib' rōes naturales innitunt̄: ad altiora deducere non p̄nt. ¶ Quib' p̄miſſis r̄ndet̄ ad rōnes p ordinē.

Ad 1 ¶ Ad primā Egidij dicit̄. ↄcedēdo maiorē Et in minore dicit̄: ꝙ infinitas durationis actualis etiā nequit eſſe in magnitudīe.q2 tūc eſſet mobilis motu magnitudinis.ꝛ ſic motu reciperet modū agēdi aliter ꝛ aliter ꝛ ex ↄſequēti nō eēt actualis: ſed potētialis. Et de hoc loquit̄ phs i.viij.phyſicoꝝ. volēs ꝙ q2 p̄mus motor ē infinitus infinitate duratōnis actualis. neceſſe ē ꝙ ſit indiuiſibilis. ¶ Et cū dicit̄ de ſole ꝛc. dicit̄ ꝙ talia ſint infi/

Ad 2 nite duratōis potētialis. vt dictū ē ¶ Ad ſecūdā neget̄ maior i lumine naturali: loquēdo de finito i vigore.q2 deus ponit̄ ſic finit' q̄ tñ i lumine illo nihil p̄ſupponit. ¶ Ad pbatōem concedit̄ ꝙ etiā p̄mus motor ſit terminatus limitib' ſui vigoris. nō p aliū ſed p ſeipſum eternitate. bonitate ꝛ immutabili volūtate ſe determinās ad mouere illa velocitate primū mobile.ꝛ ad dirigere motores ſecūdos ſingulos ad mouere: ſicut mouent.ꝛ ad regendū vniuerſum ſuū p illum motū ꝛ p ſeipm quo ad ppetua ſicut regit. ¶ Nec habet lumē naturale p incōuenienti: ꝙ de' ſit limitat' reſpectu effectuū. Et ē ſatis impertinēs argumētū. ꝙ q2 deus ē p̄mū ens ꝛ indepēdēs: ꝙ ppter hoc infert̄ ꝙ d3 eē infiniti vigoris. vn̄ ſic ſufficeret pbare ad habendū deū eſſe infiniti vigoris. Bn̄ em̄ ſeq̄tur. deus ē: ergo nihil p̄ſupponit an̄ ſe. Si ḡ ad hoc ſeq̄ret̄ pbatiue ꝙ eet infiniti vigor̄. nō opteret p habēdo ↄcluſionē de infinitate vigoris pbare deū eē. p̄ſupponere em̄ ꝙ omne finitū i vigore p̄ſupponat aliud an̄ ſe: ē petere ↄcluſionē quā deberet pbare. Et iō ſicut dixi i tercio notabili: argumēta que fūdant̄ ſup eſſe: ſunt impertinētia huic materie ſed ex effectibus deberet argumentū ſumi.

Ad 3 ¶ Ad terciā pōt negari maior. ē em̄ pbabile i lumine naturali deū ſe infinite diligere. tñ ē finiti vigoris i mouere. ſe em̄ infinite diligit. q2 in ſe infinite pfectōnis exiſtit: eo ꝙ oēm rem dependentē infinite excedit. finiti tñ vigoris exiſtit. q2 non pōt magis velociter mouere q̄ vſq3 nūc mouit. Et ad pbationē cōcedit̄ ꝙ idē ē vigor dei et diligibilitas ſed ex hoc nō ſequit̄ ꝙ tāti ſit vigoris quante ē diligibilis: diuerſitate cōnotatorū impediēte ↄſequentiā. Sicut etiā nō ſequitur idē ē noticia dei ꝛ volūtas dei. ergo tot vl' tāta vult quot vel quanta nouit. ¶ Aliter poſſet quis dicere: ꝙ deus nō ē niſi finite diligibilitatis. Et negaret̄ minor. ſed tūc ↄſequeter opteret dicere: ꝙ eſſet finite bonitatis. vl' pfectionis eſſentialis: licet incompabiliter maioris q̄ ſunt res depēdētes. tāte em̄ ē diligibilitatis ſicut bonitatis. vt notū ē. ¶ Et ad probatōem minoris dicit̄ ꝙ nō oportet finē vltimū eſſe infinite diligibilē: ſic ꝙ aliquante et quantumlibet magis. Nec hoc vult phs. loquit̄ em̄ ibi de auaro: qui ſtatuit ſibi finem i diuitijs. que q̄uis finite ſint ꝛ finite diligibiles: ꝛ diligant̄ finite etiam ab ipo. tamē dicit ꝙ appetitus diuitiaꝝ i infinitū creſcit. quia nō tante diligunt̄ q̄n magis poſſint diligi. ¶ Et ita etiā poſſet dici: ꝙ dilectio dei nō eſt tāta in creatura q̄n poſſit eſſe maior cū hoc ſtāte ꝙ eſſet finite perfectionis eſſentialis. ſicut q̄uis oīs pars cōtinui ſit finita. tamē nō ē tāta ps cōtinui q̄n ſit maior: ꝛ q̄uis grauis deſcēdētis cōtinue velocitas nō ſit tāta velocitas q̄n maior. tamē oīs ſua velocitas finita ē ¶ Ad Ad 4

quartā que ē tercia mgrī Thome de Argentina. p̄mo dico ꝙ ego nō recordor me vidiſſe illū textū in octauo: nec i aliqua pte phi. ſed admiſſo ꝙ ita ſit: dico ꝙ phs p illū nō plus voluerit: niſi ꝙ p̄mus motor nō poſſit eſſe forma inherens: mouēs pure naturaliter ipm p̄mū mobile. q2 ad hoc ſequeretur motus i inſtāti. nō ex eo ꝙ motor ē infiniti vigoris: ſed ex eo ꝙ mobile nō reſiſtit. ꝛ iō ſi motor moueret naturalit̄ ſine cognitōne tanq̄ forma inherens mouet i motu naturali grauis vel leuis: fieret mutatio p̄mi mobilis i inſtāti. ppter defectū reſiſtētie. ſicut ſi graue ſimplex exiſtēs ſurſum nō prohibitū nō habens reſiſtentiā extrinſecā: ſubito poneret ſe ad locū naturalē: vt dicit phs. iiij. phyſicoꝝ. Sed q2 motor eſt ſolū coexiſtēs mouēs p intellectum ꝛ voluntatē. ideo mouet mobile determinata velocitate: qua ei ē optimū moueri. et quo motu p̄mus motor optime pōt regere ſuū mobile. ꝛ ergo neget̄ ↄſequētia cū infert: ꝙ opteret p̄mū motorem eſſe infinite maioris virtutis qualibet v'tute que ē in corpe. immo ſi argumentū ↄcluderet: probaret graue ſimplex eſſe infinite

virtutis: q: deficiēte reſiſtentia etiā ſe muta
Ad 5 ret in inſtāti. ¶ Ad q̄ntā. nego hoc fuiſſe de
mēte Cōmētatoris: nec vſq̄ recolo me hoc
vidiſſe in dictis ſuis. Sed verū ē q̄. xij. me/
taphyſice i multis cōmentis: ſonat de duo
bus motoribus p̄mi mobilis: quorū vn⁹ mo/
uet p modū finis. ⁊ ali⁹ p modū agētis vel ef
ficiētis. p quos nō itelligit diuerſos eē in re
motores p̄mi mobil': ſed deū duplici moue/
re rōne. ſ. vt efficientē. ⁊ vt finē. et q̄ vt finis
p̄ncipalius. Sȝ q̄ ſi moueret imediate vt
efficiēs: q̄ tūc moueret i inſtāti: nō legi. nec
Cōmētator (vt credo) dicit ſalua reuerētia
tāti doctoris. q: Cōmētator i octauo et in
xij. metaphyſice dicit. q̄ moueat p intelle/
ctū ⁊ voluntatē: ⁊ ĝ tāto quāto vult ¶ Pōt
tamē dici q̄ ſi talia ꝟba alicubi i dictis Cō
mētatoris repiant': ſumēda veniunt ad ſen
ſum expſſum: i ſolutiōe pcedēti: q̄ nō poſſit
mouere ad modū ꝟtutis naturalis inhere/
tis. q: cū mobile nō reſiſtat moueret i inſtā
Ad 6 ti ¶ Ad ſextā. i lumie naturali negat' maior
q: ibi petit' i maiore: qḋ deberet pbari. certū ē
em̄ q̄ de⁹ nulli alteri innitit'. ⁊ q̄ ab eterno lo
quēdo naturalit' ⁊ i eternū ſuā actōem cōti/
nuat. Et ad pbatōem maioris bn̄ cōcedit'
q̄ maior ſit infinitas duratōis actualis dei
q̄ȝ motorū inferiorū: ſicut deus ē maior eis. ⁊
q̄ maioris vigoris. q: maius mobile ⁊ ve/
locius mouet. ⁊ totū mundū gubernat. ſed
Ad 7 q̄ ſit infiniti vigoris: hoc non ſequit'. ¶ Ad
vij. credo: q̄ phs i lumie naturali diceret:
q̄ p intellectū poſſit vigori diuino addi ali
us vigor. q: intellectus pōt imagiari ip̄m i
duplo veloci⁹ mouere q̄ȝ nūc mouet. ⁊ i du
plo mai⁹ mobile mouere q̄ȝ nūc mouet. ⁊ er
go negaret minorē. Et ad pbatiōem dr: q̄
intellectus om̄i caliditati ſumme que app
hendit' vt finita: pōt addere. Si em̄ ē octo
graduū: ⁊ ſumma que ſc̄m naturā pōt eſſe:
ego poſſum imaginari eā fieri. xvj. gradu/
um. ⁊ i duplo intenſiorē ⁊ eſſe ſummā. ¶ Et
q̄n dr. q̄ ſi p intellectū fieret additio: iā nō
pciperet eā vt ſummā. Rn̄det'. q̄ illud ſit im/
ptinēs. q: pōt dici q̄ p̄mo apprehēdat eā.
⁊ adhuc apprehendit vt ſummam que ē. ⁊
cum hoc apprehēdit vt imaginabileȝ i du
plo maiorē intenſiue q̄ȝ nūc ē. q̄ȝuis illa nō
ſit: nec erit fortaſſis vel in lumine naturali
diceret' nō poſſe. tamen intellectus compo
nit cōceptus ſuos: quādoq̄ imaginādo fal
ſe: quibus i re ſic compoſitis nihil om̄imode
correſpōdet. ⁊ ppter hoc ppoſitio falſa ē: vt di

cēdo. hoiem eſſe aſinū. albedinē eē cētū gra
duū. quorū quilibet ſit tantus: ſicut albedo
ſalis. talis ratio parum arguit. ē em̄ nimis
generalis. nec locū habet inter rōnes pprie
pbatiuas: cum nō pcedat ex ppriis. ¶ Ad Ad 8
octauā. neget' cōſequētia. Ad cōmētatorem
q̄ intelligat q̄ eminēter includant' i pfectio
ne p̄ma om̄es forme generabiliū. nec om̄s
ille ſi p impoſſibile ſimul eſſent: facerent vi
gorem intēſiue infinitū: ſed ſoluȝ extēſiue. ⁊
ergo argumentū nō valet. nō em̄ ē intēſiue
maior pfectio eſſentialis i mille bobus q̄ȝ i
vno eorū. ¶ Ad rōem mgr̄i Gregorij neget' Ad alia
añcedēs. Ad probatōeȝ p̄mā dicit'. q̄ nul/
la earū quā aſſumit ponit' i lumine natura/
li eſſe poſſibilis. Et cū dicat q̄ nulla earū vi
detur implicare cōtradictōem. Dr̄ q̄ phs in
lumie naturali loquēs: quamlibet earū dice
ret implicare. q: bn̄ ſequeret' apud phm. h
corpus ē nūc calidū. ergo immediate poſt
hoc erit calidū. ⁊ cū iſta nō pōt ſtare q̄ im/
mediate poſt hoc erit frigidū: ⁊ ita in alijs.
¶ Verū ē tamē. q̄ ſimpliciter nulla earū im/
plicat. Vn̄ etiam ſunt poſſibiles ſc̄m verita
tem. ſed hec veritas i lumine naturali non
pōt oſtēdi. Hec em̄ ē vera. Mūdus ē crea
tus. ⁊ tamē phs i lumie naturali diceret eā
impoſſibilē ⁊ implicare. ¶ Ad nonā diceret Ad 9
phs i illo lumie (vt eſtimo) q̄ eſſe infinite ꝟ
tutis. nec ē nec pōt eſſe. ⁊ ergo nō ē pfectio/
nis ſimpliciter. ¶ Ad decimā: q̄ i pfectione Ad 10
eſſentiali ponēdum ē deum eſſe tante pfe/
ctionis. q̄ maior excogitari nō poſſit. ſȝ nō
vigore. ¶ Ad argumentū venerabilis An
ſelmi. quod nō tenet niſi gr̄a materie. q: illo
mō pbaret: q̄ eſſet albedo infinita intēſiue.
q: albedo qua maior excogitari nō pōt: eſt
i intellectu. vel ergo ē in re. ergo erit infinita
albedo. Vel nō ē in re. ergo in intellectu nō
ē albedo qua maior excogitari nō pōt. q̄a
maior eſſet ſi eſſet in re. ¶ Unde pho genti
li illud argumentuȝ nullam fidem faceret
vigor quo maior excogitari nō pōt: ē in in/
tellectu. Diceret em̄ gentilis. q̄ ſi ſubiectuȝ
ſupponit pſonaliter: ip̄a ē falſa. quia omni
vigore etiam diuino diceret' poſſe imagia/
ri maiorē ad bonū intellectū: hunc ſcȝ q̄ſta
ret imaginari celū in duplo velocius mo/
ueri: q̄ȝ nūc mouetur imaginatōe falſa: ad
quam ſequeret' poſitiua in eſſe: motorem eē
in duplo maioris ꝟtutis. ¶ Si vero ſubie/
ctū ſtaret materialiter: cōcederet q̄ illa ora/
tio eſſet i intellectu. ⁊ q̄ ei ex parte rei nihil

coꝛreſpōderet quo ad eius totalē ſignifica/
tionē. Pōt em̄ intellectus combinare con/
ceptus falſe ī imaginatōe. ¶ Vñ phs in .iij
phyſicoꝝ in fine. Imaginatōi credere incō
ueniēs ē. Unde cōcederet ꝙ audiēs ꝓpoſiti
onē. ens ē quo maius excogitari nō pōt. eā
intelligit. ꝛ diceret. ꝙ nihil ei ex pte rei coꝛ/
reſpōderet. ſicut audiēs ꝓpoſitiōez hāc. hō
ē ðs. eam intelligit. ꝛ tamē in oꝛdine ad to
talē ꝓpoſitōem nihil in re ei coꝛreſpondet.
nec ꝑ eā ad extra aliquid tale repñtat in/
Ad 1 ali tellectui. ¶ Ad rationes que als facte fue/
rūt. Ad primā negeť añcedēs Et ad proba
tionē primā dicit. ꝙ ī quarto phyſicorū lo/
quatur quo ad imaginationē. qꝛ imagina/
tioni nō repugnat ꝙ ī infinitū ꝑ diſcretōis
aie ſubdiuiſionē mediū ſubtilieť. ꝛ reducit
ad imaginabilia. ſ. ꝙ mot⁹ natural' fieret in
inſtāti ī vacuo. ꝛ ꝙ eque velociter ī pleno ꝛ
Ad 2 ī vacuo hec imaginatōi repugnāt. ¶ Ad ſe
cundā dicit ꝯmētatoꝛ. ꝙ phs loquať ītel/
ligēdo ꝙ de quolibet genere mot⁹ pōt eē ali/
ꝗs regularis: ꝛ aliꝗs irregularis: nō ī quali
Ad 3 bet ſpē motus vel indiuiduo ¶ Ad terciā rñ
det ꝯmē. ꝙ phs loquať generalit ī. vij. phy
ſicoꝝ. videlicet ꝙ quātū ē ex pte coꝛpoꝝ: nō
repugnat om̄ia ꝯtinuari ſub rōne generali
qꝛ phs nōdū diſtixit inter coꝛpoꝛa celeſtia
ꝛ elementaria. ꝛ ideo quod dicit eſt imagi-
nabile. ꝛ reducit ad inimaginabile. videli/
Ad 4 cet ꝙ in tpe finito fiat motus infinit⁹ ¶ Eo
dē mō reſpōdeť. ꝙ loquať ſm imaginatōꝫ
ī pmo celi. quia bñ capit imaginatio. ꝙ coꝛ
poꝛi moto coexiſtat ſpaciūꝫ quieſcēs: quod
ipm ptrāſit cū moueť. ꝛ reducit ad inimagi
nabile. videlicet ꝙ in tempoꝛe finito tranſe
atur magnitudo infinita. ¶ Aliꝗ dicunt. ꝙ
phs hec ponat tanꝙ ſimpliciter poſſibilia
ꝛ que deus pōt facere ſm potētiā ſuā. ꝙuis
hoc ex naturali ratōne nō poſſit ꝓbari. ꝛ ꝙ
credidit illā infinitā potētiā dei ꝛ libertateꝫ
oppoſitōnis. ꝙuis ī naturalib⁹ nō ſcpſerit
ſm hoc. qꝛ hoc rōnib⁹ nō potuit ꝓbare. qđ
ad 2 rōꝫ vellē eē veꝝ ſiue ſit ſiue nō ſit. ¶ Ad ſcđam
rōem. ꝙ vtus diuia vel vigoꝛ pōt ꝯſidera/
ri duplr Uno mō quo ad id quod ē. ꝛ quia
ē ens indepēdēs: illo mō quātumcunꝙ vi
goꝛ depēdēs multiplicareť: nūꝙ equipare
tur vel attingereť. ꝛ ī hoc mō negať maioꝛ.
qꝛ ad hoc ꝙ attingať vigoꝛ diuin⁹ nō requi
riť ꝙ attingať ī eo ꝙ ē. vel ī ꝑfectōe eſſentia/
li. ſed ſufficit ꝙ attingať ī oꝛdine ad effectū
maximū quem facit. qꝛ vigoꝛ comparatur. et

nō eſſentia inquātū eſſentia: ſed inquantū
vigoꝛ. ¶ Alio mō poteſt cōſiderari in oꝛdi/ 2
ne ad id quod facit: ſeu quod eſt maximū:
quod ī lumīe naturali poteſt facere. ꝛ hoc
mō vigoꝛ eius ad imaginatōem pōt attin
gi ab intelligētia ſecūda. qꝛ cū ſuū mobile
ſolū finite excedat mobile quod mouet in/
telligētia ſecūda: ꝛ velocitas velocitatē: tm̄
poſſit imaginari augeri vigoꝛ intelligentie
ſecūde: ꝙ tāta vel maioꝛe velocitate moue
ret tm̄ vel tale mobile. ꝛ ī hoc ſenſu ꝯceden
da ē maioꝛ. negāda ē minoꝛ. Et ad ꝓbatō
nē eius ðꝛ. ꝙ licet nō poſſit fieri indepēdēs
pōt tñ ꝑ augmētatōeꝫ imaginariā fieri ta/
lis vel tātus: vel ſaltē maioꝛ: ꝗ illud mobi/
le poſſit mouere: vel maius tāta vel maio/
re velocitate. ¶ Ad terciā dictū ē ī queſtiōe Ad 3
de pſciētia. vñ negāda ē maioꝛ. quia nō pe/
nes idē ſumitur vigoꝛ ꝛ cognitio. Cognitio
em̄ ſeqtur ꝑfectiōeꝫ eſſentialē interioꝛē: que
quia infinita ē: ſaltē pꝛobabiliter. ideo infi
nitorū ē ſimul cognitiua. Vigoꝛ aūt cogno
ſcitur ꝑ effectū exterioꝛē. ꝗ qꝛ ē determiatus
nec naturaliter poniť poſſe fieri maioꝛ. iđo
finite vtutis ē ī vigoꝛe. Ad ꝓbatōeꝫ maio/
ris. qꝛ plura diſticte cognoſcere ē maioꝛis v
tutis. Dī ꝙ hoc ſit verū de his ꝗ cognoſcūt
cognitōe ſupaddita. ꝛ nō de his ꝗ ſua eſſen
tia cognoſcūt. qꝛ ibi nulla ē difficultas. qꝛ
tāta ē cognitio ſicut eētia ſignū. ꝛ ꝗ tm̄ co/
gnoſcit quāta repñtat. ꝛ ſic ſimul īfinita.
¶ Ad ꝗrtā ꝙ ꝯceſſo añcedēte ꝯñtia nō va/ Ad 4
let. qꝛ licet idē ſit ꝑfectio eētialis ꝛ eius vi
goꝛ. tñ multa cōpetūt ꝑfectōi eētiali. ꝛ ī eſ
ſendo ꝛ ī cognoſcēdo: que nō cōpetūt vigo
ri ī efficiēdo. ē em̄ cognitio reſpectu ſui. ꝛ nō
ē vigoꝛ reſpectu ſui. Silr ē idē ibi vt dictū ē
noticia ꝛ volūtas multoꝝ. tñ eſt cognitio ꝗ
rū nō eſt voluntas. ¶ Ad confirmationes Ad ꝯfir.
nō reſpōdeo. qꝛ credo ꝙ ī lumine naturali
ꝑfectio dei debet dici infinita ītrīſece. eo ꝙ īfi
nita ē ī cognoſcēdo. ¶ Scđo. eo ꝙ ē idepen 2
dēs ratōe cui⁹ oēm ꝑfectōeꝫ dependentē eſ/
ſentialiter infinite excedit: que pōt imagīa
ri aſcēdere ī infinitū. ꝛ ideo reputo. ꝙ etiam
ꝑfectio eſſentialis dei debeat poni īfinita. Vñ
coꝛrelarie ꝯcedereť hec: ī lumīe naturali vi Coꝛre.
goꝛ dei ē īfinit⁹: ī duratōe: ī cognitōe: ī eſſen
tiali ꝑfectiōe. ꝛ vigor dei eſt duratio dei. ꝛ ī ō
ē tantus ſicut duratio dei. ſed nō eſt tātus ī
vigoꝛe ſicut duratio: vel ipſemet vigoꝛ eſt
ī duratōe vel ī eſſentiali ꝑfectōe. Hoc de ſe/
cūdo articulo.

Arti.3. Quantuz ad terci
um articulū reſtat videre: an de⁹ poſſit face
re actu īfinitū: Et q₂ multis modis pōtq₃
imaginari īfinitū. ſ. magnitudīe multitudi
ne. pfectōe ⁊ ꝟtute: ego pncipaliter diuerto
me ad declarandū de infinito extenſiōis vel
virtutis. ⁊ cōſideratio de omībus ē fere cōſi
milis: ſed ī tam breui tēpore nō pōt hō lo
2 p̄mittit̄ qui de omib₉. ¶ Scd̄o pręmitto. ꝙ doctores
nr̄i ꝺ iſto ſicut ⁊ de p̄cedēti ſunt diuerſificati
Cōmunis em̄ opinio ē ꝙ nō. Alia multoꝝ
⁊ magnoꝝ ē ꝙ ſic. Et quia de illa opinione
nō ſum: ſed de cōi. ideo pſequar opinionez
ꝯmunē: q̄uis qui vellet: opinionē ꝯtrariaz
3 p̄mittit̄ poſſet pbabiliter ſuſtinere. ¶ Tercio p̄mit
to. ꝙ infinitū capit̄ q̄nq₃ ſyncathegorema
1 tice. ⁊ tūc ī magnitudīe exponit̄ vno mō ſic
Aliquātū ⁊ nō tantū q̄n maius. ⁊ ē expoſi
tio ſatis cōmunis. ⁊ tn̄ minus apta. q₂ ſm
eā optet ꝯcedi ꝙ corporis pedalis: infinita
ē aliqua pars. quod ſatis mirabiliter ſonat
⁊ tn̄ ꝯſequētia tenet. q₂ eius ē aliquāta ps.
⁊ nō tāta q̄n maior ē eius ps. put notum ē.
Eodē mō ſequeret̄. ꝙ Socrates infinituz
pōdus poſſet portare. q₂ aliquātū pōd⁹ pt
2 portare. ⁊ nō tantū pōdus pōt portare q̄n
maius pōt portare. ¶ Alio mō exponit̄ ſic ī
finitū aliquātū ⁊ quātūlibet maius. et hęc
3 expoſitio ē melior. ⁊ ſm eā loqui propono.
¶ Alio mō capit̄ cathegorematice: ⁊ tunc ī
magnitudine exponit̄ extēſum ſine termīo
Infinitū ī virtute. virtus cuius potētię nō
4. p̄mit ē termin⁹. ad multitudinē breuitatis cā et
alia nō deſcēdo ¶ Quarto p̄mitto. ꝙ demon
ſtrare vel pbare volētes deūz poſſe pducere
1 magnitudinē infinitā vtunt̄ duplicib₉ me
dijs potiſſime. Primū. q₂ dicūt eū cogno
ſcere infinitū. ⁊ qđ cognoſcit ſimul pducere
2 ſufficit. ¶ Scd̄o mō arguūt ex ptib₉ pporti
onalib₉: puta ſi aliq̄d trāſiret ptes pportio
nales ꝯtinui: ꝯſequēter ſe habētes ī vna ho
ra. ꝙ ſicut trāſiret: ſic de⁹ qualibet eaꝝ ptiū p
portionaliuz p̄mę medietati adequaret: q̄
facto ī fine horę eēt ſpaciū infinitū: q₂ in eo
eēnt infinitę ptes nō cōicātes. quaꝝ quęli
bet eēt tāta: ſicut fuit p̄ma medietas ſpacij
ptrāſiti. vel alio mō ꝙ ī qualibet pte ppor
tiōali hui⁹ horę deus pduceret lapidē peda
lē: ⁊ productū ꝯſeruaret: tūc ī fine horę eſſet
actu infinitū. quia cum infinitę ptes ppor
tionales fuerint in hora: manifeſtū ē ꝙ eſ
ſent tot lapides pedales quot in hora fue
rūt tales ptes p caſuz: ergo infiniti. ⁊ illi fa
cerēt multitudinē infinitā: ⁊ cōtinuati ma
gnitudinē infinitaz. q₂ infinita pedalia nō
cōicantia ſimul exiſtētia redderēt magnitu
dinē infinitā ¶ Quīto p̄mitto ꝙ infinitū ne 5 p̄mit
quit fieri maius. Illa ē ꝯmētatoꝝ ī. iij. phy
ſicoꝝ. ꝯmēto q̄rto dicētꝭ. ꝙ īfinito neq̄t fie
ri additio. ¶ Sexto p̄mitto. ꝙ ſi eſſent duę 6. p̄mit
magnitudies īfinitę. vna eaꝝ nō eſſet ma
ior alia. Manifeſtū ē q₂ quęlibet eaꝝ om
nē magnitudinē infinitā datā vel dabilez
infinities ꝯtineret. ergo vna eaꝝ nō pluri
es q̄₃ altera: ergo vna earum nō eſſet maior
altera. ¶ His pręmiſſis videntur mihi hę Cōclō 1
ppoſitiōes probabiles. et ego aſſentio eis.
¶ Prima ē hęc. Deus aliquid pfectiſſime
nouit quod nullo mō pducere ſufficit. nec
aliq̄d illi ſpecialiſſime ſimile. Pz de ſua bn̄
dicta eēntia quā pfectiſſime nouit. ⁊ nec eā
nec aliquid illi ſimile ſpālīſſime pōt pduce
re. q₂ tūc poſſet pducere aliū deū. ¶ Correla Corre.
riū. Hęc ꝯſequētia nō ī omib₉ valet. deus h̄
pfectiſſime nouit. ğ hoc pducere ſufficit. pz
p ꝯcluſionē ⁊ pbatōem. ¶ Scd̄a ꝯcluſio ē Cōclō 2
De⁹ nō noſcit aliq̄d ſpālīſſime ſile ſuę eſſen
tię. Probat̄ ſic. q₂ vel noſceret tale puatiue
ſcȝ q₂ ſuū oppoſitū h̄ret ideā ī deo: ſicut no
ſcit mala p priuatōem. q₂ noſcit bonū: cui⁹
ſunt puatio. ⁊ hoc nō. q₂ ſili deo nullius eēt
puatio. vel noſceret ea poſitiue. ſ. p ideā re
pręſentantē ſimile ſuę eſſentię. ⁊ hoc nō. q̇a
ideę ſunt exemplaria ⁊ principales formę p
ducibiliuz: vt vult beatus Auguſtinus li
bro. lxxxiij. queſtionū. queſtiōe. xlvj. Nō
ſimile dei in ſpēcie ſpecialiſſima nō ē produ
cibile: p pręcedentē ꝯcluſionē. ğ nō h₃ ide
am ī deo repſentantē. ¶ Scd̄o. q₂ quicq̄d de 2 pbat̄
us noſcit: quod nullā impfectōez includit
illius ſua eſſentia ē ſignū. Sed eēntia dei ſi
milis dei nō ē ſignū. ergo cū ſimile deo nullā
impfectōem includat: deus ſimile ſuę eſſen
tię vel ſibi nō nouit. Tenet ꝯſequētia ⁊ ma
ior ptz. q₂ deus nihil noſcit niſi p eſſentiam
ſuā. Minor pz. q₂ eēntia repſentat deū ſub
tali ratione immēſitatis quali apprehēdi
tur ipā eſſe ſolitaria poſſibilis. ¶ Scd̄o pz 2
illa mior. q₂ cū ſile deo nō poſſit eē: vt dictū
ē: eēntia eſſet ſignū falſi. quod nefas ē dice
re. ¶ Correlariū. implicat ꝯtradictōem: deū Corre.
cognoſcere plures deos. ptz. q₂ ſua eſſentia
nequit plures repſentare: ⁊ implicat ꝙ ali
quid intelligat niſi ſuę eēntię repſentatione

Cõclõ 3 ¶Tercia ꝯcluſio. deꝰ etiã nõ pt ꝓducere ali
qd ei ꝑ oia ſile ĩ poſſe mouere localit̃. ꝗuis
ĩ eẽntia nõ eſſet ſile. Probat̃ ſic. qꝛ nõ plus
videt̃ poſſe ei producere ſile reſpectu vniꝰ ef
fectꝰ producẽdi ꝙ ſimplr̃. ſed neq̃t ei ſimplr̃
ꝓducere ſile. g̃ nec reſpectu ꝑticular̃ effectus
dati vel dabilis. g̃ nec ĩ mouẽdo localiter.
Maioꝛ declarat̃. qꝛ ſicut deus ꝓpter immẽſi
tatẽ ſimplr̃ nequit producere ei ſile ſimplr̃.
ita videt̃ ꝙ ꝓpter immẽſitatẽ quã hꝫ reſpe
ctu cuiuſcuꝗ effectꝰ ꝓducibilis nõ poſſit ꝓ
ducere oĩmode ei ſile reſpectu ꝓductõis
tal' effectꝰ. Scd̃o pꝫ mioꝛ ꝑ ꝯcl̃oem ꝑmã.
ꝓbat̃ ¶Scd̃o ꝓbat̃ ꝯcl̃o ſic. qꝛ hmõi vtꝰ ꝓducta
vel oĩmode tm̃ poſſꝫ mouere localit̃ ſicut
deꝰ. ⁊ ſi ſic: q̃re nõ poſſꝫ etiã ꝓducere ipſum
ſic ꝙ etiã tm̃ poſſet ꝯſeruare ſicut ipe. ⁊ ĩ ſin
gulis alijs ſpẽbꝫ actiõis ad extra tm̃ facere
ſicut ipe. ⁊ ex ꝯñti faceret equalẽ ei virtutẽ
ſimplr̃. cuiꝰ ꝯtrariũ ſimplr̃ ẽ veritas. nõ em̃
põt deus facere aliũ deũ. vel nõ poſſet tm̃ oĩ
mode mouere localit̃ ſicut deus. ⁊ ſi ſic: nõ ẽ
3 deo ꝑfecte ſilis ĩ poſſe mouere localit̃. ¶Ter
cio. qꝛ ſi hoc põt deus: tũc pt virtutẽ moti
uã localiter ꝯmunicari alteri tãte: quãta ẽ
in eo. ⁊ eadẽ ratione põt oẽs alias virtu
tes ꝯmunicare vtuti ꝓducte tãte quãte ſũt
ĩ eo. ⁊ ex ꝯſequẽte poſſet facere rem que ĩ vir
tute effectiua vel productiua eẽt ei ꝑ oĩa
ſilis. ⁊ ſic nõ poſſet amplius deus ꝙ illa vir
tus producta reſpectu ꝓducibiliũ. qd̃ videt̃
4 falſum. ¶Et quarto. qꝛ nõ põt facere vtutẽ
que poſſit mouere niſi dependẽter. g̃ nõ equa
le ei. Cõſequẽtia tenet. qꝛ vtus que nõ põt
mouere niſi adiuta ꝑ aliã: nõ ẽ equal' ĩ mo
uẽdo vtuti: que ad mouere nullo eget adiu
torio. Añcedẽs ẽ manifeſtũ. qꝛ oẽ factũ
agit dependẽter. cum ĩ nihil poſſit eã ſecũda
Cõclõ 4 niſi adiuta ꝑ ꝑmã. ¶Quarta ꝯcl̃o videtur
mihi ſequi. ꝙ deus nõ poſſit facere vtutem
infinitã ĩ mouẽdo. Probat̃ ſic. qꝛ da oppo
ſitũ ꝙ poſſit. vel illa ẽ equalis ei ĩ mouendo
vel nõ. Si dicis ꝙ ſic: ſequit̃ ꝯtra ꝯcl̃oem
ꝑcedentẽ. Si dicis ꝙ nõ. g̃ vtus dei iſtã ex
cedit ĩ mouẽdo. Tenet ꝯſequẽtia. qꝛ ex quo
nõ eſt equalis nec minoꝛ: opꝫ ꝙ ſit maioꝛ
⁊ tũc vltra. ergo põt deus huic virtuti aliã
virtutẽ qua excedit eam in ꝑte compticipa
re. Pꝫ ꝯſequẽtia. qꝛ excedit ⁊ oĩpotẽs eſt
quare ergo huic partem exceſſus ꝯdiuidere
nõ poſſet. ⁊ tunc vltra põt huic addere vir
ꝓbat̃ tutẽ. ergo hec vtus nõ ẽ infinita: ꝑ vltimũ
notabile: infinito nõ pt fieri additio. ¶Se
cũdo ꝓbat̃ ꝯcl̃o ſic. Si deus põt facere vir
tutẽ infinitã ĩ mouendo: ſit a. facto a. faci
at b equalis vtutis in mouendo ſicut eſt a.
hoc poteſt. qꝛ al's ſua virtus productiua v
tutis motiue eſſet exhauſta. tunc quero an
deus poſſit producere vnam virtutẽ ĩ mouẽ
do: que tanta ẽ quanta eſt a ⁊ b ſimul vl' nõ
Si dicis ꝙ ſic. ſit c. tũc c eſt maioꝛ virtus ĩ
mouendo ꝙ a. ergo a nõ erat virtus infini
ta Conſequẽtia tenet. quia infinito nequit
eẽ maius. Nõ ꝯſequẽs eſt ꝯtra te. qꝛ dixi
ſti ꝙ a eẽt virtus infinita. Si dicis ꝙ c nõ
eſt maius ꝙ a. contra. c põt tm̃ quantũ a ⁊
b ſimul. ergo poteſt tm̃ quantũ a. ⁊ ampliꝰ
ergo eſt maioꝛ virtus ꝙ a. Si vero dicis ꝙ
deus nõ poſſit facere tantã virtutẽ quantã
ſunt a ⁊ b ſimul. Contra quid impedit: nũ
quid ſi eſſent due magnitudines infinite.
deus poſſet vnã cõtinuare alteri. quare er
go ſi ſunt due vtutes infinite: nõ põt deus
ꝓducere vnã que tãta eſt ſicut ille due ſũt
ſimul: vel eẽnt ſimul ſi eẽnt ꝯiũcte. ¶Tercio 3
ꝓbo ꝯcl̃oẽ ſic. hoc deꝰ nõ põt ad qd̃ addito
poſſibili vel poſſibilibꝫ illi. ſi hoc ſit poſſi
bile ꝯpoſſibilibus: ſequunt̃ ꝯtradictoria ſi
bijnuicẽ. Sed ad deũ ꝓducere vtutẽ infini
tã ĩ mouẽdo: ſequunt̃ ꝯtradictoria. igit̃ ⁊c̃.
Cõſequẽtia nota ẽ ⁊ maioꝛ ſilr̃. qꝛ ex poſſibi
libꝫ ꝯpoſſibilibꝫ nõ ſequunt̃ cõtradictoria.
¶Sed ꝓbo minorẽ. nã ꝓducta vtute infi
nita ĩ mouẽdo: producat ſibi mobile corre
ſpondẽs: qd̃ ꝑ ſe põt mouere: hoc erit infi
nitũ. notũ eſt. Sit ergo vtus a ⁊ mobile b.
tũc pono ꝙ producat aliã virtutẽ que ꝑ ſe
ſufficit mouere ſubduplũ mobile ad mobi
le b. ⁊ ꝓducat ſibi mobile. ⁊ ſit vtus c. ⁊ mo
bile d. hec oĩa ſi ꝑmũ ẽ poſſibile: videt̃ ſi
li cõpoſſibilia. tũc ꝓbo ꝙ ex his ſequant̃ cõ
tradictoria. qꝛ ꝑmo ſequit̃ ꝙ c ẽ minoꝛ vtus Seq̃t̃ 1.
ꝙ a. qꝛ ſubduplũ mobile ſufficit mouere. ⁊
nõ amplius: ꝑ caſum ¶Scd̃o ſequit̃ ꝙ nõ Seq̃t̃ 2
ſit minoꝛ ꝙ a. ꝓbatio. qꝛ d ẽ tm̃ ſicut b. g̃ c
mouet tm̃ mobile ſicut a. ergo ẽ tãte vtutis
ſicut a. ergo nõ eſt minoris virtutis ꝙ a. cõ
ſequẽtie note ſunt. ⁊ maioꝛ rõnis pꝫ. quia
c mouet d. Nõ d eſt infinitũ. ergo ẽ tm̃ ꝙ
tum b. quia vnũ infinitũ nõ ẽ maius alio.
Pꝫ añcedẽs. qꝛ d eſt ſubduplũ ad b. nul
lũ aũt finitũ eſt ſubduplũ ĩfiniti. ¶Scd̃o 2. ꝯfir.
qꝛ quotiẽs datũ ſpaciũ eſt in b. totiẽs eſt in
d: ⁊ econtrario. ergo d ẽ equale b. Cõſeq̃n
tia itez nota ẽ. qꝛ equalia ſunt que equalẽ
quãtitatẽ eque multotiẽs ꝯtinẽt. ⁊ añcedẽs

patz.q2 oēm quãtitatē finitā d cõtinet infi
Cõfir.3 nities ſicut b.cu3 d ſit infinitū ſicut b.¶Cõ
firmatur. quia cu3 pꝛedictis pono ꝙ d ad
daꝛ b.tūc ſequiꝛ ꝙ b eſt maius ꝙ̄ pꝛius.q̇a
ꝯtinet totū quod ꝑus:ꝛ amplius.ꝛ nõ ma
ius ꝙ̄ pꝛius.q2 infinito nihil eſt maiꝰ.mõ
erat ꝑus infinitū. Itē vt ꝑus quantitatē fi
nitā datam vel dabilē:toties cõtinuit añ ſi
Cõfir.4 cut poſt.¶Quarto.q2 nõ ē poſſibile ꝙ deus
ꝑducat oīa q̄ põt pꝛoducere. ergo etiam
nõ ē poſſibile.ꝙ ꝑducat virtutē ita magnā
ꝙ maiorē nequeat ꝑducere. Cõſequētia te
net. q2 nõ plus põt exhauriri diuina ꝟtus
intēſiue ꝙ̄ extēſiue.ꝛ ergo ſicut nõ põt ꝑdu
cere tot:q̇n adhuc alia ꝑducere poſſit.ita vi
deꝛ ꝙ nõ poſſit pꝛoducere ꝟtutem intenſiue
tam magnā:q̇n adhuc maiorē poſſit ꝑdu/
cere. Añcedēs pt3.q2 ſi eēt poſſibile ꝙ deꝰ ꝑ/
duceret oīa que põt ꝑducere:tūc illo poſito
i eē ammõ nihil poſſ3 pꝛoducere.¶Ad hoc
etiā poſſent adduci rões phi ex.vj.phyſic.
ſc3 ꝙ tūc eēt poſſibile.ꝙ magnitudo infini
ta tranſireꝛ in tpe finito:ſi moueret mobile
infinitū ſibi pꝛopoꝛtionatū.ſed q2 in phyſi
Cõclio 5 ca habenꝛ:de illis ſupſedeo.¶Quita ꝯclio
videꝛ mihi ſequi.ꝙ deꝰ nõ poſſit pꝛoducere
aliquā ſpēm vel aliquod indiuiduum ſiue
ſpūale ſiue coꝛpale infinite ꝑfectōis ꝑ3.q2
pari rõne poſſet pꝛoducere infinitā virtutē
i mouēdo.cuiꝰ ꝯtrariū dicit ꝯclo ꝑcedens.
Cõclo 6 ¶Sexta ꝯclio.deꝰ nõ pt ꝑducere magnitu
dinē infinitā.p3 ſicut ꝑcedēs.q2 neq̄t ꝑdu/
cere ꝟtutē motiuā infinitā .ergo nec mobile
infinitū.g̃ nec magnitudinē infinitā.Cõſe
q̄tie tenēt.q2 nõ ē potioꝛ ratio de vno ꝙ̄ d
Confir. alio.Añs ē q̄rta ꝯclio.¶Confirmaꝛ omībꝫ
ratõibꝫ quibꝫ pꝛobata ē ꝯcluſio quarta.ꝛ
pñt applicari recte hic ſicut ibi. Un̄ ſi eſſet
magnitudo infinita ex omī pte:ſit ps que ē
ad oꝛiens a.ꝛ pars que eſt ad occidens b.
ꝛ tota magnitudo ſit c.tūc p3 ꝙ cõis animi
ꝯceptio ē.ꝙ c eſt magis ꝙ̄ a.cum ſit totum
ad a. Item pat3 ꝙ nõ ē maius ꝙ̄ a.quia a
omnē magnitudinē finitā totiens continet
ſicut c:cum ſit infinitū c ſicut a.¶Ite3 ex a/
lio imagineꝛ:ꝙ de a in ꝑma parte pꝛopoꝛti
onali huiꝰ hoꝛe deus auferat ſecundū ꝑeda
le.ꝛ ponat verſus occidēs:ꝛ in ſcða pꝛopoꝛ/
tionali quartū ꝑedale. ꝛ etiā illuc ponat. ꝛ
ſic vſq3 ad finē hoꝛe pꝛopoꝛtiõaliꝛ. ꝛ tūc pe
dalia ꝯiungat i ipo.p3 ꝙ de a ē factu3 actu
infinitū ad oꝛiēs ꝛ occidēs. q2 vtrobiq3 ſūt
infinita ꝑedalia nõ ꝯmunicatia: ſicut trāſi

te ſunt infinite ptes pꝛopoꝛtiõales hoꝛe cõ
ſeq̄nter ſe habētes.ergo ex a ſine aliquo ab
extra addito ē factū ex vtraq3 pte infinitu3
ꝛ tñ erat c.ergo a fuit equale c.ꝛ ſic ad infi/
nite magnitudinis poſitõem ſequūꝛ ꝯtra
dictoꝛia. Multe tales rões poſſent fieri:
de quibꝫ ſupſedeo de pñti.¶Septia ꝯclo ē. Cõclo 7
ꝙ nec pt eē multitudo actu infinita cathe/
goꝛematice ꝑ3.q2 nõ plꝰ multitudo ꝙ̄ ma
gnitudo .ſed dictu3 ē ꝙ nequit eſſe magni/
tudo.g̃ nec multitudo.¶Coꝛrelarium.deꝰ Correl
nullo mõ pt ꝑducere actu ifinitū.q2 nec i ꝟ
tute motiua:ꝑ ꝯclo3 q̄rtā.nec i ſpē ꝑ q̇ntā3.
nec i magnitudīe ꝑ ſextā.nec etiā i multitu
die ꝑ.vij.ꝛ g̃ nullo mõ¶Scðm coꝛrelariū Correl
deꝰ nõ cognoſcit aliq̄d infinitū cathegoꝛe/
matice extra ſeip̄3 ꝑ3.q2 ſi cognoſcer3 idea
eiꝰ i deo eēꝛ.ꝛ ſic pꝛoduci poſſ3.qd̄ ē ꝯ ꝑus di
cta.¶Pꝛo ſolutõibꝫ rõnū ponāꝛ alie ꝑpõ/ Cõclo
nes.quaꝝ ꝑma ē octaua hec. Nulle ſūt oēs q̄ eſt 8
ptes pꝛopoꝛtiõales ꝯtinui ꝯñter ſe hñtes.
Pꝛobaꝛ ſic.q2 due medietates nõ ſunt oēs
g̃ nulle ſunt oēs.Cõſeq̄ntia tenet.q2 ſi aliq̄
eēnt om̄es:maxime eſſent due medietates
Añcedens pꝛobaꝛ.quia ſi due medietates
date eſſent om̄es diſtributiue:tunc ip̄e due
octaue eiuſdē ꝯtinui.quod falſum ē.Et ꝯñ
tia tenet.q2 ſequiꝛ.ſunt oēs ptes huiꝰ conti
nui.g̃ ſunt iſte due ptes .demõſtratꝭ duabꝫ
octauis ſtāte cõſtātia ſubiecti:ſicut p3 ꝑ lo
cū a toto i quātitate.¶Sed ꝙ nõ ſint oēs
collectiue:ꝑbaꝛ.q2 q̄n de aliqua multitudi
ne diciꝛ ꝙ ē om̄ia ſimul accepta reſpectu ali
cuius termini:tunc requiriꝛ ꝙ ille terminꝰ ꝑ
nullo ſuppõat i ꝑpoſitiõe de pñti:q̇n illud
ſit aliqua vnitas illiꝰ multitudis .vt ſi.xij.
ſunt oēs apl̄i dei:req̄riꝛ ꝙ nullꝰ ſit apoſtolus
dei:q̇n ſit aliqua vnitas illoꝝ duodecim.et
ergo ſi due medietates eēnt om̄es ptes pꝛo
poꝛtionales cõtinui ꝯñter ſe habētes :req̇/
rereꝛ ꝙ nulla eēt ps cõtinui ꝑpoꝛtiõalis ꝯñ
ter ſe hñs:q̇n eēt vna illaꝝ medietatū.ꝛ hē
falſu3.q2 ſic nulla q̄rta continui eēt ps cõti
nui ꝯñter ſe hñs:eo ꝙ nulla q̄rta cõtinui ē
aliq̄ medietatū eiuſdē continui.¶Coꝛrela Correl 1
rie ſequiꝛ.ꝙ impoſſibile ē aliquas eſſe om̄s
ptes cõtinui ꝑ3.hec ē impoſſibilis.aliq̄e
ſunt oēs ptes cõtinui.¶Scðm coꝛrelariū. Correl 2
Nulle ptes pñt eē oēs ptes continui .ꝑ3
ex pꝛobatõe cõcluſionis.q2 quocūq3 mõ ca
piaꝛ oēs ſemp ꝑpoſitio iplicat¶Terciū coꝛ Correl 3
relariū implicat ꝯtradictiõe3.ꝙ aliq̄ eſſent
oēs ptes cõtinui. p3 ex pꝛobatõe ꝯclōis.q2

collectiue nulle pñt eē oēs: niſi ps eēt equalis ſuo toti: puta niſi q̃rta dati cõtinui eſſz eius medietas. q2 ſi due medietates eſſent oēs (vt dictū ē) tūc oporteret φ quelibet pars eſſet vna illarū medietatū. ⁊ ſic quarta eſſet medietas reſpectu eiuſdem. ⁊ nō eſt medietas reſpectu eiuſdem: ecce cõtradictoria Eodē mō ſequunt cõtradictoria: ſi aliqu eēnt omes diſtributiue. ¶ Quartū correlariū. de⁹ nō pōt facere φ alique ſint oēs ptes pportionales cõtinui ↄ̃ter ſe hn̄tes. Pʒ p pcedēs. q2 cõtradictoria ſequunt ad hãc. due medietates cõtinui ſunt omes ptes cõtinui: quocūqʒ modo tenet omnes. ¶ Uoco partes proportionales ↄſequẽter ſe hn̄tes ptes ſic ſe hn̄tes: φ qualis eſt pportio pme ad ſcḋam: talis ē ſcḋe ad tercia. ⁊ ita deinceps. vt ſic ſe hʒ medietas pma ad ſcḋa q̃rtã ↄtinui dati: ita ſe hʒ tercia q̃rta ad ſepti mã octauã. q2 vtrobiqʒ ē pportio dupla. ⁊ ita deinceps. ¶ Nona ↄclo. q̃uis de⁹ oēs ptes cõtinui nouerit: capiēdo oēs diſtributiue: tñ ↄdictõʒ īplicat. φ oēs nouerit. ſumendo oēs collectiue. ¶ Prima ps pʒ īductiue ¶ Scḋa ps. pbat. q2 ↄdictõem implicat: φ aliqu ſint aut poſſint eē oēs. ⁊c̄. Cõſeq̄ntia nota ē. q2 deus nō nouit. qḋ īplicat ↄtradictõʒ p terciū correlariū. q2 ſi aliqu eſſent omes ptes pportiōales cõtinui: vt decē vl' duodecim: oporteret φ nulla eſſet ps cõtinui quin eſſet aliqua eaꝝ vt dictū eſt. Modo illud implicat. Si em̄ decē ptes eſſent deceʒ decime. ⁊ quelibet pars cõtinui eſſet vna earum: tūc medietas eſſet vna decima reſpectu eiuſdē. ⁊ viceſſima eſſet vna decima reſpectu eiuſdem. Et certum eſt φ non eſt decima reſpectu eiuſdē. eſſet ergo decima. ⁊ nō eſſet decima. ¶ Decima concluſio. q̃uis omes partes continui dati deus poſſit ſepare: ⁊ ſeparatim cõſeruare. ſumendo omes diſtributiue tamē omes ptes cõtinui nō pōt ab inuiceʒ ſepare: ſumēdo omes collectiue. Patʒ ſicut pcedens pma ps inductiue. ¶ Scḋa patʒ q2 nulle ſunt vel pñt eſſe oēs. Nō ſequit. nulle pñt eſſe omes. ergo nō pōt oēs ſepare ⁊c̄. ¶ Undecima cõcluſio. nulla pñt eē oīa pducibilia a deo. pʒ inductiue. ſumendo li omia diſtributiue. ⁊pʒ collectiue. q2 tunc illis pductis nō poſſʒ deus plura producere ¶ Correlarie ſequit. φ q̃uis de⁹ oīa producibilia p eū diſtributiue tenēdo omia cogſcat tñ nō cognoſcit oīa. Imo ipoſſibile ē φ cognoſcat oīa p eū producibilia: ſumendo oīa collectiue. pʒ. q2 q̃ nec ſūt nec pñt eē nō cognoſcit. mō oīa pducibilia p deuʒ: collectiue tenēdo omia: nec ſunt nec pñt eſſe. vt dicit cõcluſio pcedēs. ¶ Scḋm correlariū. Non debet ex eo deus concedi poſſe producere. q2 nouit omia cõtinua p eū producibilia. ⁊ q2 pōt ea cõtinuare. q2 vel intelligit h̄ ſumendo omia diſtributiue. ⁊ tūc nō ſequit ppoſitum. nam omia cõtinua que pōt producere diſtributiue ſumpta ſimul adunata ſūt finitū vel finita: vt pʒ inductiue. quia iſta duo ⁊ iſta centū: ⁊ ita in omibus. ¶ Uel potius intelligit hoc ſumēdo omia collectiue ⁊ tūc p ↄcluſionē nō nouit deus omia. ergo ex eius noticia oīm nō ſequit: cū poſſe infinitū. ¶ Duodecima ↄcluſio. q̃uis deus oīa que pōt ſucceſſiue pducere: ſaltē ī reb⁹ pmanētibus: pōt ſimul producere diſtributiue loquēdo. tñ hoc nō pōt collectiue ſumēdo li oīa. pʒ ſicut pcedēs: pma ps īductiue ⁊ ſecūda ps. q2 nulla pñt eē oīa q̃ pōt ſucceſſiue pducere. Itē ſi illa oīa poſſit producere tūc illis poſit; nihil poſſʒ ampli⁹ pducere. ⁊ eēt exhauſta potētia diuina. q2 omia que potuit ſucceſſiue producere: iā eēnt producta ſit. ¶ Correlariū. nō dʒ cõcedi φ de⁹ poſſit facere infinitū ī multitudine cathegorematice: ppter hoc. q2 oīa q̃ pōt ſucceſſiue pducere: pōt producere ſimul. pʒ. q2 tenēdo li oīa diſtributiue: oīa que pōt ſucceſſiue pducere ſunt finita. pʒ inductiue Et tenēdo li oīa collectiue: nō pōt oīa ſimul producereque pōt ſucceſſiue producere: vt dixit cõcluſio. ¶ Tredecima cõcluſio. ↄdictõeʒ implicat φ ſit aliqua vltima ps ↄtinui. ↄſeq̄nter ſe hn̄s. Probat ſic. q2 vel eſſet diuiſibilis vel indiuiſibilis. Nō pōt dici φ ſit indiuiſibilis. q2 nulla ps continui eſt indiuiſibilis: cū continuū nō poſſit componi ex indiuiſibilib⁹: vt demonſtrat. vj. phyſicorum Si diuiſibilis: tūc nō eſt vltima. nam vltra eaʒ eſt ſua medietas poſterior: ⁊ ſua tercia poſterior. ⁊ ſic ſp: vt ſi diuideres lignū ī medietates. ⁊ ſcḋam medietateʒ in medietates ſuas. ⁊ ita deinceps: nulla eſſet vltima in proportione ſe habēs ad precedentē. q̃a nō vltima quarta. quia vltra eaʒ ē vltima octaua: ſic in infinitum: ergo ſi das vltimã ipſa non erit vltima: erit ergo vltima ⁊ nō erit vltima: que ſunt cõtradictoria. ¶ Correlariū. Si lignū a eēt extēſum ⁊ terminatū ad columnã b excluſiue: ⁊ incipent ptes proportionales: ſic φ ſemp minores eſſent

[Margin notes, left column: Corr. 4 (at "Quartū correlariū"); Cõclo 9 (at "Nona ↄclo."); Cõcl. 10 (at "Decima concluſio"); Cõclo 11 (at "Undecima cõcluſio"); Corre. 1. (at "Correlarie ſequit"). Right column: Corre. 2 (at "Scḋm correlariū"); Cõcl. 12 (at "Duodecima ↄcluſio"); Corre. (at "Correlariū. nō dʒ"); Cõclo 13 (at "Tredecima cõcluſio"); Corre. (at "Correlariū. Si lignū")]

verſus b.tūc nulla ps ꝓportionalꝭ ꝯñter ſe
habēs tangit b. Pꝫ.qꝛ vltra eēt vltima. qꝛ
vltra eā nulla eēt: ⁊ hoc implicat: vt dictuꝫ
Cōcl.14 eſt i ꝯcluſione.¶ Deciaquarta ꝯcluſio. Cō
tradictionē implicat: ꝙ deus ī qualibet par
te hui⁹ horę ꝯñter ſe habēte ꝓducat lapidē
pedalē: ⁊ eū productū ꝯſeruaret. Probatur
ſic.qꝛ ad hoc ſequitꝭ adiūcto vno alio poſſi
bili illi impertinēti. poſſe dare vltimā parteꝫ
ꝓportionalē ipſi⁹ horę.ꝗ. Conſeqntia tenet
p.xiij.concluſionē. Probatꝭ añcedēſ.qꝛ ſi ſit
poſſibile ꝙ de⁹ ſic faciat. ponatꝭ i eſſe ꝙ ſic fa
ciat. ⁊ ponatꝭ ſimul cū illo: ꝙ lapideꝫ quem
creat ponat i ſitu d: a quo nō remoueat ꝑ
mū: niſi ponat ibi ſcđm: tūc hoc ē poſſibile
⁊ impertinēs caſui ꝑori.qꝛ lapidem quē creat
pōt ponere vbi vult. ⁊ creatum ꝯſeruare in
eodem ſitu ꝙdiu vult: tūc ex hoc poſito ꝓ
batur conſequētia.qꝛ tranſacta hora quę
ro: vtruꝫ aliquis lapis ē i ſitu d. vel null⁹.
Si dicis ꝙ nullus: cōtra caſum. qꝛ caſus
ponit ꝙ nō dꝫ remoueri ꝑcedēs: niſi ponatꝭ
ſequēs. Si dicis ꝙ ē aliquis i d. quero vtꝝ
productus ſit i vltima pte proportionali:
⁊ tūc habetꝭ ꝓpoſituꝫ. vel poſt horam. ⁊ hoc
nō. quia poſitum ē ꝙ deus precise ſic creat p
ſingulas partes proportionales horę. ⁊ er
go lapis nequit eſſe creatus poſt horaꝫ. vel
eſt creatus i ipa hora: ſic tamē ꝙ ps ꝓporti
onalis i qua creabatꝭ nō erat vltima. ⁊ ſi ſic.
tūc infinitę partes proportionales ſeque
bantꝭ partē in qua lapis datus creabatꝭ. er
go etiam lapis productus erat poſt iſtū. er
Confir go iſte nō debebat eſſe i ſitu d: p caſum ¶ Et
confirmatꝭ.qꝛ certum ē ꝙ deus p caſum nul
los duos lapides pedales ꝓduxit ſimul: ſi
cut nullę duę ptes ꝓportiōales horę erāt ſi
mul. ⁊ ergo trāſacta hora: oportet ꝙ inter la
pides ſit vn⁹ vltimo ꝓductus. ⁊ ille nō pōt
eē productus niſi i vltima pte ꝓportionali
qꝛ nō an̄ eā: nec poſt horā. vt ꝑus ē argutū
Corre. ¶ Correlarie ſequitꝭ ꝙ nō debet ꝯcedi poſſe eē
corpus infinitū cathegorematice.qꝛ impoſ
ſibile ē ꝙ deus i qualibet pte proportionali
vni⁹ horę generaret lapidē pedalē. ⁊ produ
ctū ꝯſeruaret: vt dictū ē i ꝯcluſione. pꝫ p cō
Cōclo 15 cluſioneꝫ.¶ Decimaqnta ꝯclio. mobile qđ
trāſiret lignū a verſus b: ſcđm ptes ꝓportiōa
les ꝯſequēter ſe habētes ꝑaſe trāſeūdo: ſi in
ꝑpetuū moueretꝭ: nūꝙ veniret ad b. probatꝭ
qꝛ nō poſſet venire ad b. niſi trāſiret omēs
ptes proportionales ꝯſeqnter ſe hñtes. ⁊ il
las nūꝙ poſſet oēs ptrāſiſſe: ſic trāſeūdo. ꝗ
nūꝙ poſſet venire ad b. Pꝫ maior.qꝛ an̄ b
ſunt oēs. pꝫ minor.qꝛ nō poſſet ptrāſiſſe om
nes: cū nullę duę eaꝝ ſint ſimul niſi tranſi
uiſſet vltimā. īmo implicat ꝙ aliqua ſit vlti
ma. vt dicit ꝯcluſio.xiij.

¶ Marſili⁹ nr̄ itidē efflagitat expurgatoꝝ.

c **C**Onſequēter
querit.xliiij. circa di.xliiij. vtꝝ
deus vniuerſum ⁊ quālibet p
tē ei⁹ poſſit facere melius: ⁊ meliorē ꝙ ipſuꝫ
de facto fecit: ¶ Arguitꝭ ꝑmo ꝙ nō de vniuer Argui
ſo. quia vniuerſuꝫ ē infinite pfectū. ergo ⁊c.
Conſequētia nota.qꝛ infinite pfecto neqt fi
eri additio. Añcedēs ptꝫ.qꝛ vniuerſum eſt
tota multitudo entiū. ⁊ iſta includit deum
a quo ſunt cetera: ⁊ omia alia. ⁊ ex ꝯſequēti
includit infinitā pfectōem ¶ Scđo ſic. vni 2
uerſo melius excogitari nō pt. ergo nō pt fi
eri melius. Cōſequētia nota ē.qꝛ ad hᷣ vt ꝑ
us: ſequitꝭ ꝙ vniuerſuꝫ ſit īfinite bonū. qꝛ oī
finito bono meli⁹ cogitari pt. Añcedens pꝫ
p btm̄ Aug. i. iij. libro de libero arbitrio: di
centē. Quicqd vera rōne melius tibi occur
rit: ſcias hoc deuꝫ feciſſe bonoꝝ omniū con
ditorē. ¶ Tercio arguit ſic: p rōem Aug. li 3
bro. lxxxiij. queſtionū. q. l. ⁊ facit eā mgr in
lra. ca. ꝑmo di. pñtis. Deus nō potuit vni
uerſum facere melius. igitꝭ. Cōſequētia no
ta ē. ⁊ añcedēs ptꝫ.qꝛ ſi potuit ⁊ nō voluit:
inuidus fuit. ſicut arguit beatus Aug. ꝙ ſi
potuit filiū generare ęqualem ⁊ nō fecit: in
uidus fuit. queſtione ꝑdicta. ita ſi vniuer
ſum melius facere potuit ⁊ non fecit: qꝛ no
luit: inuidus fuit. ¶ Quarto ſic. Quod ē ꝓ 4
ductū p oēm potentiā dei: ſeu tota potentia
illud nō pt deus facere melius. vniuerſuꝫ ē
ꝓductū p oēm potētiā ſeu p totā potētiam
dei. ergo non pt fieri melius. igitꝭ. Pꝫ maior
de ſe.qꝛ quicqd aliqd ꝓducit tota ſua pote
tia illo nō pōt facere maius.qꝛ ęgit ſcđm vlti
mū ſuū poſſe. Minor ptꝫ.qꝛ qcqd de⁹ facit
cū ſit idiuiſibilꝭ: tota ſua potētia facit. Qui 5
to. bonū vniuerſi videtꝭ eē i bono eius ordie.
ſed non pt fieri vniuerſi melior ordo. ꝗ ne
quit fieri meli⁹. ꝯña nota. ⁊ maior ē phi. xij
metaph. vult em̄ ꝙ diſpoſitio ſiue ordo ſit
bonū vniuerſi. minor patꝫ.qꝛ q̇s ordo poſſit
melior eē ꝙ oim ad vnū deū eē diſpoſitōem
⁊ inter ſe debita ⁊ proportionata ꝯnexio ſin
guloꝝ. ⁊ ita eſt de vniuerſo. vt tractat Boe

Côſeqñ ciuſ.ſ.de ɔſolatône.¶Scđo loco arguit̃: ꝙ
tē arg.i res etiam pticulares nõ pñt fieri meliores
¶Primo.quia eſſentie rei nõ pôt fieri ad/
ditio.ergo nõ pôt fieri melius. Côſequẽtia
tenet:qꝛ ſi melius deberet fieri opteret ꝙ hoc
eẽt p additõem pfectionis. Et añcedẽs pꝫ.
qꝛ ſi eſſentie aliquid addit̃:iaꝫ fiunt alie p
Argu.2. tes.ꝛ ſic nõ manet idem totũ.¶ Scđo.q̃a
chriſtus cũ ſit hõ:ps ẽ vniuerſi:ꝛ nõ pôt fi
eri melioꝛ.igit̃ ꝛc. Pꝫ maioꝛ ex ſymbolo Ni
ceno.ꝛ homo factus ẽ. Et ꝙ ex hoc ſit aliq̃d
vniuerſi:pꝫ.qꝛ omĩs homo ẽ aliq̃d vniuer
ſi. Ptꝫ minoꝛ.qꝛ nõ pôt meliorari eẽntiali
ter cũ ſit deꝰ.nec vt homo.qꝛ ſic dedit ei no/
mẽ qđ eſt ſup omẽ nomẽ.ad Phil.ij. Mõ
ſup tale nihil ẽ. ¶Forte dices.ꝙ chriſtꝰ pôt
meliorari accñtaliter.ſ.i grã.¶Côtra.ei nõ
eſt datus ſpũs ad menſuram Joannis.iij
Argu.3. ¶Tercio.qꝛ btã ꝟgo neq̃t pfici.igit̃. Conſe
quẽtia tenet.qꝛ ẽ ps vniuerſi. Pꝫ añcedẽs.
qꝛ dicit venerabilis Anſelmus.ꝙ decuit vt
niteret ea puritate qua maioꝛ ſub deo ima
ginari nõ pôt:i libro de ɔceptu ꝟginali Ta
lis aũt nõ pôt augeri.qꝛ augẽdo equaretur
In ɔtrũ deo.¶In oppõſitũ ẽ mgr̃ di.pñti.dicens.ꝙ
deus omẽ quod fecit melius facere potuit i
ordine ad rẽ factaꝫ:ca.ſcđo ꝛ tercio pſentis
diſtinctionis.

In queſtõe erunt

duo articuli. In pmo videbit̃ de ſcđo queſi
to.an deus quãlibet:partẽ vniuerſi poſſit fa
cere meliorẽ: Et ſcđs erit de pmo queſito.ſ.
an deus vniuerſum poſſit facere melius q̃ꝫ
Arti.1. ipꝫ fec̃.¶Quo ad pinũ pmo noto.ꝙ aliq̃d
fieri melius pôt itelligi dupl̃r. Uno mõ eẽn
tialiter.qꝛ i eſſentia ſua eẽ pfectiꝰ. Alio mõ
Côclo 1 accidẽtaliter.qꝛ melioribus diſpõſitõib9 ac
cidẽtalibus ipm pficere pôt ¶Tũc ſit pma
ɔcluſio hec. Qualibet creaturã q̃ i ſua eẽn/
tia pôt intẽdi vel remitti:deꝰ pôt facere eẽn
tialiter pfectiorẽ ꝛ meliorẽ q̃ꝫ eſt nũc:ſuppõ
ſito ꝙ nõ ſit ſumma talis. Probat̃ ſic.quia
aliquaꝫ pôt.g̃ quãlibet. Conſeq̃ntia tenet.
qꝛ non ẽ potioꝛ ratio de vna q̃ꝫ de alia. Añce
dẽs pꝫ.qꝛ ita erit de lumine lune ꝛ ſolis põſt
diẽ iudicij.iuxta illud Eſa.iij. Erit lux lu/
ne ſicut lux ſolis. ꝛ erit lux ſolis ſeptupli/
Corre. citer ſicut lux ſeptem dierũꝫ:in die.ſ. iudi/
cij.¶Correlariũ. Non videt̃ inconueniens
ꝙ deus quamlibet qualitatẽ de tercia ſpẽcie
qualitatis eẽntialiter faciat pfectiorẽ. Pa/
tet.quia de tercia ſpecie qualitatis ſunt ɔmu
niter qualitates pme ꝛ ſecũde ad eas que
ſunt intẽſibiles ꝛ remiſſibiles. Et cum que
libet earum ſit finite intenſa:nõ videtur in/
conueniẽs ꝙ fiat ei additio graduum ſimi
lis ſpeciei.ꝛ ſic eſſentialiter perficiat̃.¶Sed Oppõit̃
dices. Multe qualitatũ taliũ ſũt ſumme.
ergo eis nequit fieri additio. Tenet ɔſeq̃n
tia.qꝛ quod ẽ ſumme tale:nequit fieri ma/
gis tale. Añcedẽs pꝫ de caliditate ignis na
turaliter diſpõſiti.¶Scđo.qꝛ nõ plꝰ videt̃ 2
intẽdi caliditas q̃ꝫ remitti frigiditas. Mõ
frigiditas nõ pôt i ifinitũ remitti.igit̃. Pa/
tet maioꝛ.qꝛ quod ẽ minus tale ẽ minus ta
le p admixtionẽ ſui ɔtrarij. vt vult phũs p
mo ꝛ.v.phyſicoꝝ.qꝛ omĩa media compo/
nũtur ex extremis. Et añcedẽs pꝫ.qꝛ nulla
frigiditas ẽ actu infinita. ꝛ ergo nõ videtur
poſſe niſi p virtutes finitas q̃s habet. Uel
clarius. Non videtur caliditati plus lati/
tudinis poſſe apponi:q̃ꝫ frigiditatis ab ea
poteſt auferri. quia ſicut caliditas inten/
ditur:ita frigiditas remittit̃. Mõ cũ frigi/
ditas admixta caliditati neceſſario ſit fini
ta.pꝫ ꝙ ſolũ latitudo frigiditatꝭ finite pôt
caliditati auferri.ergo ſolũ latitudo calidi
tatis finite põt ei apponi. g̃ videt̃ ꝙ poſſit eẽ
tanta ꝙ nõ ammodo poſſet pfici.¶Tercio 3
ɔtra fundamẽtũ opinionis.qꝛ cum ſit intẽ
ſio caliditatis vel alterius qualitatꝭ nõ ma
net eadeꝫ põſt que pus.igit̃ nõ pficit̃ quali
tas pcedẽs. Nota ẽ ɔſequẽtia.ꝛ pbat̃ añce/
dẽs.qꝛ vel fit intẽſio p totalis noue calidi/
tatis generatõem. ꝛ tũc nõ manet pcedẽs.
vel ſaltẽ p generationẽ noue ptis.ꝛ tũc iteꝝ
nõ ẽ eadẽ que pus.qꝛ alie ptes faciunt ali
ud totũ. Et confirmat̃.qꝛ gradus precedẽs Confir.
vel manet facta intẽſione vel nõ.ſi non.tũc
non pficitur. Si manet:vel eque intenſus
ꝛ iterum nõ pficitur. vel intenſioꝛ fit.ꝛ hoc
nõ videtur poſſibile.quia natura reruꝫ nõ
admittit ꝙ vna res maneat:et in ſe ſit pri/
us remiſſioꝛ ꝛ poſt intenſioꝛ nulla variati/
one in ea facta.¶Quarto de motu locali il
le videtur põſſe intẽdi ꝛ remitti:et tamẽ nõ
videt̃ poſſe pfici eſſentialiter:cuꝫ ptes eius
nõ permaneãt.¶Ad primã iſtaruꝫ dicit̃.ꝙ Ad 1
licet multe qualitatum ſint ſumme intenſi
ue:que ſm curſum nature poſſũt eẽ.vel eti/
am ſm potentiã dei ordinatã.tamẽ cũ que
libet earum ſit finita.pôt p potẽtiã dei ab/
ſolutam fieri intẽſioꝛ p nouorum graduuꝫ
appoſitõem.qꝛ cũ nequeat actu eẽ infinitũ

vt dictum ē in queſtioue pręcedenti: nō vi
detur quin ſicut deus om̄i finito dato poſ/
ſit facere quantumlibet maius extēſiue: q̇n
etiam ſic in formis intenſibilibus poſſit ꝓ/
ducere quantumlibet maius intēſiue. ¶ Et
ſi petat̄: ꝙ poſſit eſſe ita intēſa ꝙ nulli ſubſtā
tię ꝯueniret. Dicat̄ ꝙ deus poſſit ꝓducere ſi
bi ſubiectū cui ꝯueniret. ¶ Ad ſcd̓am quic/
Ad 2 quid ſit de an̄cedēte. q̄ꝛ vno mō. ſ. geometri
ce exponēdo. ꝯcedendū ē: ꝙ quęlibet forma
gradualis ē ī infinitū remiſſibilis. quia ali
quantū ⁊ nō tm̄: q̇n magis vel quantūlibet
magis. quia in duplo: triplo ⁊c. ¶ Sed ad
mentē arguentis conceditur ꝙ ſoluꝫ ſm̄ la
titudinē finitam eſt remiſſibilis: ſcꝫ illam
quam includit: ⁊ quodlibet in naturali in/
tenſione qualitatū primaꝝ iuxta cōmuni/
orē opinionē. tn̄ ī ſupnaturali hoc nō opꝫ
ſicut lux vel ſcīa intendit̄ ſine remiſſiōe cō
trarij: ita etiam ꝑ infinitā appoſitōem cali
ditatis: licet nulla frigiditas corrumpetur:
pōt ī infinitum perfici ⁊ intendi caliditas.
Ad 3 ¶ Ad terciam: ꝙ in intēſione forma mane/
at eadem. licet nō in om̄imoda ſuaꝝ parti
um totali idētitate: tamē ī ꝑtiū ſuaꝝ addi/
tione ꝓmā qualitatē ꝑficientiū. ⁊ eodē mō
quo ꝓma afficientia ſubiectū. ⁊ de hoc forte
alꝭ erit ſermo. Sicut em̄ ī augmētatōe ma
net idem viuū an̄ ⁊ poſt. ita ī intenſiōe ma/
Ad ꝯfir. net eadem qualitas an̄ ⁊ poſt. ¶ Ad confir
matōem. ꝙ gradus pręcedēs manet. ⁊ ꝙ ſit
intēſior ꝑ ſimilis qualitatis additōem. q̄ꝫ/
uis ī eē ſuo nō mutet̄ in qualitatem inten/
ſiorē. tamē ꝑ additiōem noui gradus dicit̄
intēdi: eo ꝙ qualitas compoſita ex pręcedē
Ad 4 te ⁊ aduenięte intēſior ē q̄ꝫ an̄. ¶ Ad quartā
ꝙ motus localis nō ꝓprie intēditur. q̄ꝛ par
tes eius nō ꝑmanēt. ſed improprie dꝛ intē/
Cōcl̓o.2 di: cum ſolū velocius mouet̄. ¶ Secunda
ꝯcluſio. Si formę ſub̄ales ī ſua eēntia poſ/
ſunt intēdi ⁊ remitti: tūc quęlibet talis quę
nō ē ſumme talis: in ſua ſpecie pōt eſſentia
liter ꝑfici ⁊ melior fieri. Patet ſicut p̄cedēs
quia ꝑ additōem nouaꝝ partiū in eadem
ſpecie fieret magis talis. ¶ Tercia cōcluſio.
Cōcl̓o 3. Si iuxta opinionē Ariſtotelis ⁊ theologo
rū magis cōmunē nulla ſub̄a ſuſcipiat ma
gis ⁊ minus: tūc nulla ſub̄a pōt eēntialit̄ fi
eri melior q̄ꝫ ē: vel ꝑfectior q̄ꝫ ē. Patꝫ. q̄ꝛ nō
pōt ſibi fieri additio nouę ꝑfectōis eſſenti/
alis niſi mutet̄ ſpecies. ⁊ ex ꝯſequēti niſi iſta
deſinat eē. ¶ Forte dicet̄. vtrū formę ſubſtan
Dubiū. tiales poſſint ī ſua eēntia intendi ⁊ remitti

Dicit̄ ꝙ de hoc ſint opiniones. Nam de for/
mis elemētaribus in phīa ē problema neu
trum ꝓpter opinionē Cōmētatoris in ter/
cio de cęlo ⁊ mūdo. Eodē mō dicunt aliqui
doctores. ꝙ formę ſub̄ales ī eadē ſpē p̄dica/
mēti ſubę gradualit̄ diſtinguāt̄: ⁊ p̄nt intē/
di ⁊ remitti. Immo ⁊ aīę hūanę ſunt eēntia
liter. dicūt ipſi. aliquę magis ꝑfectę. et aliq̄
minus. ⁊ ad hoc ſonat articulus pariſiēſis
dicēs ſic. Dicere ꝙ aīa chriſti nō ſit ꝑfectior
q̄ꝫ aīa Iudę: error. ¶ Ego hāc difficultatē
hic deſcīdere nequeo. ſed forte ī tercio libro
de hoc erit ſermo dn̄o diſpōnēte. ⁊ iō conclu
ſiōes poſui ꝯdiciōales: ꝙ q̄libet diceret ꝯſe
quēter ſuę opinioni. Ego aūt opinor ꝙ nō Solu.
ſuſcipiāt magis neq̄ꝫ min᷒. q̄ꝫuis ego h̓ demō
ſtrare nō poſſim. ¶ Quarta ꝯclo. q̄ꝫuis hu Cōcl̓o 4
manitas xp̄i nullo mō poſſit ꝑfici q̄ ad gra
tiā vniōis. nō tn̄ videt̄ claudere repugnāti/
am. maiorē charitatē ⁊ cognitōem de poten
tia dei abſoluta ſibi poſſe infūdi. ¶ Prima
ꝑs pꝫ. q̄ꝛ ē vnita deo hypoſtatice: quę vnio ē
ex altera pte infinita. ſ. ex pte dei qua fit ⁊ fa
ctū ē vt deus ſit homo ⁊ homo deus. ⁊ ſuper
hāc nulla grā potuit eē vnionis. immo de
us nihil maius hūanę naturę potuit ꝯfer/
re. vt dicūt ſcti. ¶ Scd̓am ptē pono: nō aſſe
rēdo. q̄ꝛ cū oīs grā aīę xp̄i ſit finita. nō ē du
biū q̇n deus maiorē poſſit producere. ⁊ nō
videtur implicare quin poſſit capacitatem
animę extēdere: vt eam accipet ī ſe. ¶ Et cō Confi.
firmat̄. quia certū ē ꝙ anima xp̄i licet om̄ia
nouerit quę verbū nouit ſcīa viſiōis. tamē
nō om̄ia nouit quę verbū nouit ſcīa ſimpli
cis noticię ſaltē diſtincte. ergo de poſſibili/
bus deo verbū pōt ſibi multa reuelare quę
iaꝫ diſtincte nō nouit. ergo pōt habere plu
riū diſtinctā cognitōem q̄ꝫ nūc habet. Hęc
materia ē materia tercij libri. et iō nō plus
de ea ad pn̄s. ¶ Quīta ꝯcluſio ⁊ vltīa hu᷒ Cōcl̓o 5
articuli. Om̄em ſub̄aꝫ q̄ ptinet ad hūc mun
dū reꝝ dependentiū pōt deus ꝑficere: ⁊ meli
orē facere. accidētaliter probatur. quia hoc
poteſt d̓ anima chriſti. cui tamē maximā ꝑ
fectōem inter ens dependentes tontulit. er/
go ⁊ poteſt cuilibet alteri. Hoc de primo ar/
ticulo.

Venio ad ſecun/ Arti.
dum articulū. videlicet an deus poſſit vni/
uerſum facere melius q̄ꝫ ip̄m fecit: Ubi ꝑ/ Nota
mo ſuppono: ꝙ mundū capio ꝑ vniuerſita

de entium dependentiū.ſ.p omnibus entibꝫ
ſecluſo deo. Si eī̄ ſimpliciter capetur mū/
dus p vniuerſitate entiū: manifeſtū ē ꝙ ſic
deus mundū nō poſſit facere.qꝛ nō poſſꝫ fa
cere ſeipm.¶Item nō poſſet melius facere.
quia ꝯtradictōem implicat ꝙ aliq̄d ſit me
lius aliquo aggregato deū vt aliq̄d illius i/
cludēte: vl' cuiꝰ deus ē aliq̄d: cū implicet ali
Nota.2 quid eſſe melius bono infinito ¶Scd̄o no
to.ꝙ deum facere vniuerſum melius iſto po
1 teſt intelligi dupliciť. Uno mō an poſſit fa
2 cere aliud vniuerſum meliꝰ iſto. Scd̄o mō
Nota.3 an iſtud poſſet facere melius.¶Tercio no/
to.ꝙ bonitas huiꝰ vniuerſi cōſiſtit in debita
ſuaꝝ partiū inuicē ꝓportione: ordinata di
ſpoſitione. ꝛ in debito ordine ſuo reſpectu fi/
nis. In debita partiū ꝓportōe: vt ſint pro/
portionata mobilia mouētibꝫ: ꝛ ꝯtraria ſu
is ꝯtrarijs. Si eī̄ eēt vacuū inter elemēta
ꝛ celū ad imaginatiōem. nō eēt bona ꝓpor/
tio ſphere generabiliū ad celū: cū celū ipm
regere nō valeret.¶Itē ſi vnū ꝯtrariorū ni
mis excederet aliud: forte ipm ī ſuā naturā
ꝯuerteret. ꝛ ſic debita ꝓportio periret¶Scd̄o
etiaꝫ ordinata diſpoſitōe: vt nobiliora ſint
ſupra: ꝛ melius nobilia infra: niſi ꝙ in cor/
poralibus ſol: qui forte ē nobiliſſimus aſtro
rum: ponitur in medio eorum: vt omēs va/
leat illuminare.¶Item in debito ordine tā
Nō 4 totius q̄ꝫ omniū partiū ad deum.¶Quar/
to noto.ꝙ vniuerſum p̄ſens iuxta hec fieri
melius poteſt intelligi intenſiue vel extenſi
ue: ꝛ vel in partibus vel in ordine: et in or/
dine vel reſpectu ſui: vel reſpectu finis vlti/
mi.¶Quinto p̄mitto cum mgr̄o ca.iij. p̄e/
ſentis diſt. ꝙ cum li melius ſit aduerbiū ſi/
gnificans bonitatē compatiue: vel poteſt i/
telligi hec melioritas vniuerſi ſumi poſſe ex
parte modi quo deus ipm nouit: voluit ꝛ fe
cit. Et ſic manifeſtū ē: ꝙ vniuerſum nō po:
teſt fieri melius: ſcꝫ meliori noticia nequit
fieri: neqꝫ meliori voluntate: neqꝫ meliori
modo opandi ipſius agentis. quia quod/
libet horum ē ipe deus.¶Alio modo li me/
lius poteſt dicere compatiōem ad res pro/
ductas ꝛ producibiles: puta an vniuerſuꝫ
productum vel producibile poſſit eſſe me/
Cōclo 1 lius. ꝛ de hoc eſt p̄ſens ſermo.¶Quibus p̄/
miſſis ſit prima ꝓpoſitio. Omi ſpēcie huiꝰ
vniuerſi producti deus in infinitum perfe/
ctiorē poteſt producere. Hec probatur ſic.
quia virtus infiniti vigoris omni finito q̄ꝫ
tumlibet maius pōt producere: nō ſoluꝫ in
magnitudine. ſed etiam in pfectione. Sed
eſt notū fideli: ꝙ deus eſt infiniti vigoris. ꝛ
ꝙ omne dependens eſt finitū. igiť. Conſeq̄n
tia nota eſt. ꝛ añcedens pro prima parte ſi
militer: quia al's vigor eſſet ad aliquam p/
fectōem limitatus: ſic ꝙ maiorem illa pro/
ducere nō poſſet. ꝛ ſic nō eſſet infiniťꝰ. Mi
nor dicta ē in primo articulo queſtionis p̄/
ſentis.¶Secūda cōcluſio eſt hec. Deꝰ pō/ Cōclo.2
teſt producere quantūlibet melius vniuer/
ſum q̄ꝫ iſtud: tam intenſiue q̄ꝫ extēſiue. Pa
tet ꝙ extēſiue. quia quātumlibet magnuꝫ p
ducere pōt: p ꝓbatōem maioris p̄cedentis
Patet etiā ꝙ intēſiue.ſ. quantumlibet ma/
ioris pfectionis: p concluſionē precedentē.
Correlariū. Deus pōt pducere vniuerſum Corre.
ſpecie ſpecialiſſima diſtinctū ab iſto vniuer
ſo. Pꝫ ex ꝯcluſione. qꝛ q̄d ī ſingulis ſpēbus
eēt eēntialiter pfectiꝰ ſpecialiſſime eēntialiť
ab iſto diſtinctū exiſteret¶Cōtra. dicit vnꝰ
doctor: Durādus.ſ. i iſta di. qꝛ nō pōt face/
re vniuerſum diſtinctū fine vltimo ab iſto
ꝗ nec ſpecie. Cōſequētia tenet. qꝛ videť ꝙ pn
cipalis diſtinctio ſpecifica in his que habēt
attributōem ad vnum primū ſit ex parte fi
nis. Añcedēs ē manifeſtū. qꝛ neceſſe ē omē
dependēs quādo ē: intēdere deū tanq̄ꝫ vlti/
mū ꝛ primū bonū a quo dependet.¶Dica
tur ꝙ añcedēs ē veꝝ. ſꝫ ꝯſequētia nō valet.
qꝛ ſi ꝓpter idētitatē finis ad quē eēnt etiaꝫ
immediate nō differrēt res ſpecie: ſuprema
res corpōrea et ſupremꝰ angelus eſſent vniꝰ
ſpeciei. quia ad eundē finē: puta deū: grā cu
ius ſunt: immediate ordinanť. Et ad ꝓba/
tionē diciť. ꝙ ſpēs vniuerſi nō ſolū ſumiť ex
fine: ſꝫ ex intrinſeca pfectōe reꝝ ꝯſtituenti/
um ipm: debita eaꝝ ꝓportōe ꝛ diſpoſitione
ad inuicem ꝛ finis.¶Tercia ꝯcluſio. deꝰ poſ Cōclo 3
ſet infra iſtud vniuerſum pducere quātūli
bet maius vniuerſum ordiatiſſime diſpoſi
tū: ſed nō penes ꝯmēſuratiōꝫ ad ſpaciū hu
ius vniuerſi.¶Probať ſic. non minꝰ pōt h̄
deus q̄ꝫ ſub parua quātitate hoſtie ꝯſtituere
corpꝰ dn̄icū ordinatiſſime diſpoſitū ī omi/
bus ſuis ptibꝫ. ſꝫ illud deꝰ pt vt credit ois fi
delis. ꝗ ꝯclo vera ē. ꝯn̄tia nota ē. et maior
declarať. qꝛ certuꝫ ē ꝙ corpus dn̄icum in in/
finitū excedit extēſione aliquā ptē magni/
tudinis hoſtie ꝯſecrate. ſi ergo hoc ſub qua
libet illarum ē: ꝛ ordinatiſſime diſpoſitū in
omibꝫ ſuis ptibus: quare nō infra teſtam
oui vel alterius vaſis quantūlibet magni:
poſſꝫ deꝰ diſponere ꝛ facere q̄ꝫtūlibꝫ magnū

⁊ ordinatiſſime in om̄ibꝫ ſuis ꝑtibꝫ diſpoſi
tū: nō ē potior ratio de vno qꝫ de alio. Mi
nor nota ē ex fide. ¶ Sed ſcd̄a ps ɔcluſio
nis. ꝙ hoc nō ſit ɔmēſuratōe ad ſpaciū hu
ius vniuerſi. pꝫ. qꝛ ɔmēſuratōne ſpacij ad
ſpacium implicat maius eē infra minus.
Cõclo 4 ¶ Quarta ɔcluſio ē de nr̄o vniuerſo: ꝙ deus
pōt nr̄m vniuerſum i ſubſtātijs oīno eiſdē
facere meli⁹ accidētaliter. ſed nō eēntialiter.
¶ Prima ps pꝫ. qꝛ poſſet facere oēs creatu
ras rōnales eē ɔfirmatas i grā: ⁊ tūc eēt me
lius qꝫ nūc ē accidētalit̄. igit̄ ꝓma ps vera.
Cōſequētia nota ē. ⁊ maior pꝫ de ſe. qꝛ hoc
ſequit̄ ad dei om̄ipotentiā. ⁊ minor pꝫ ꝑ bea
tū Aug. ſup Gen. ad lr̄am. li. xj. ca. x. ⁊ alle
gat mgr̄ i lr̄a ca. ij pn̄tis diſtinctōis dicen
tis. Talē potuit deus hoīem feciſſe q̄ nō pec
care poſſet nec vellet. ⁊ ſi talē feciſſet: quis
Oppo/ dubitat eū meliorē fuiſſe ⁊c. Forte dices. ꝙ
nit. 1. tn̄ Ecci. xxxj. ca. dicit̄ i laudē viri iuſti Qui
2 potuit trāſgredi ⁊ nō ē tranſgreſſus. Et bea
tus Aug. ſup Gen. ad lr̄am. ꝙ meliores iu
dicauerit deus hoīes ſi ſibi liberalit̄ ſeruirēt
3 ¶ Itē i de ciui. dei dicit. ꝙ melior ē ſuba que
4 peccare pōt: qꝫ q̄ peccare nō pōt. ¶ Quarto.
qꝛ poſſet ꝙ tota materia ꝓma eēt ſub nobi
Ad 1 liſſima forma: puta hoīm. ¶ Rn̄det̄ ad pri
mā dic. ꝙ ſimpliciter ē meli⁹ eſſe ɔfirmatū i
grā quaꝫ poſſe peccare. vn̄ ⁊ talis ē ſtat⁹ bea
toꝝ. ⁊ ita loquit̄ aug. ¶ Scd̄o dicit̄ aliquid
melius i ordine ꝑueniēdi ad finē. ⁊ ſic i lau
dē ⁊ in gloriā accidentalē eſt potuiſſe tranſ
gredi: ⁊ nō eſſe trāſgreſſuꝫ. ⁊ ita intelligit̄ au
ctoritas Ecci. nō tn̄ eſt melius ſimpliciter.
nā chriſtus ſtatū ꝑfectiſſimū aſſumpſit. nō
Ad 2 tn̄ aſſumpſit poſſe trāſgredi. ¶ Ad ſcd̄aꝫ. ꝙ
btūs Aug. loquit̄ nō de meliori ſimpliciter
ſed de meliori i ordine ad poſſe venire ad fi
nem alicui⁹ glorie accn̄talis que erit in pa
tria: ex potuiſſe trāſgredi ⁊ ex liberꝝ fuiſſe ad
Ad 3 peccandū. ¶ Ad tertiā nō ē ad p̄ſens. qꝛ bea
tus Aug. ibi compat agētia a ꝓpoſito ad
illa que nō pn̄t peccare: volēs ꝙ ꝑfectiores
ſint hoīes vel angeli qꝫ bruta vel inaīata.
Ad 4 ¶ Ad quartā. ꝙ totā materiā generabiliuꝫ
eē informatā formis nobiliſſimis: puta ho
minū: nō eēt melius. nec redderet vniuerſū
nr̄m melius. qꝛ tolleret debitā ꝓportōem ꝑ
tiū int̄ ſe ſꝫ ſuꝑioritatē ⁊ ſic iferioritatē. tolle
ret em̄ formas elemētares debita ꝓportiōa
bilitate inter ſe: ⁊ reſpectu ſpheraꝝ celeſtiū i
ꝑfectōe vniuerſi ordinatas. Et hoc vult be
atus Aug. iij. de li. ar. dicēs. ꝙ quicq̄d vera

rōne tibi occurrit: ſcias hoc deū feciſſe. ⁊ vult
ꝙ in eiſdē ſubſtātijs de⁹ neq̄t facere mundū
meliorē. Vn̄ dicit. Si cogitat̄ alius mūd⁹
i toto huic melior: nō cogitat̄ de iſto mūdo
ſed de alio. ſi cogitat̄ de pte huius mūdi. eſto
imaginet̄ melior: in ſe tamē nō melioratur
mundus. eo ꝙ ordo ⁊ proportio debita re
mouetur. ¶ Secunda pars concluſionis
probat̄. quia ſi poſſet ipm̄ facere meli⁹ eēn
tialiter: vel hoc eēt producēdo nouas ſub
ſtātias. ⁊ ſi ſic: nō eēt i ſubſtātijs om̄ino idē
vel ſeruādo eaſdē. ⁊ addēdo illis ꝑfectiōes
accn̄tales. ⁊ tūc i ſubſtātijs nō ꝑficeret̄ eēn
tialiter. vel addēdo illis ꝑfectōnes eēntia
les. ⁊ ſic nō ſuſcipit ſb̄a magis ⁊ min⁹: iuxta
cōiorē opinionē. ¶ Verūtn̄ q̄ eſſet de illa opi
nione ꝙ creature rōnales i ſuis ſpeciebꝫ eēn
tialit̄ poſſent ꝑfici: haberet ɔcedere ꝙ de⁹ no
ſtrū vniuerſum ſeruatis om̄ino eiuſdē ſub
ſtātijs: poſſet eēntialiter ꝑfecti⁹ ⁊ meli⁹ face
re. ¶ Quinta ɔcluſio. Deus poſſet nr̄m vni Cõclo 5
uerſum facere eēntialiter melius: alicui⁹ no
ue ſubſtātie additōe. verꝫ ē ꝙ tūc nō mane
ret om̄ino idē. Pꝫ. qꝛ poſſet ꝓducere creatu
rā ſpūalē ꝑfectiorē qꝫ eſt aliqua ꝓducta: vt
dictū ē i ꝓmo articulo. ⁊ illa ꝓducta eēt vni
uerſum dependētiū mai⁹ ⁊ melius qꝫ nūc eſt
qꝛ haberet ſpēm ꝑfectiorē eēntialiter qꝫ nūc
aliquā hꝫ. ¶ Sexta ɔcluſio. De⁹ facit vni Cõclo 6
uerſum ſuū quottidie melius extēſiue. Pꝫ.
qꝛ nouaꝝ aīaꝝ intellectualiū creatōe. qui
bus ꝓductis ē ꝑfectio ſpūalis eēntialis vni
uerſi dependētis i pluribꝫ ⁊ magis multipli
cata: que vocat̄ hic largo noīe extēſio ¶ Se Cõclo 7
ptima ɔcluſio. Nr̄m vniuerſum erit ꝑfecti
us accidētaliter poſt diē iudicij qꝫ de facto
eſt. Pꝫ. qꝛ de cetero om̄es boni erūt impecca
biles. ¶ Itē btōꝝ corpa gl̄ificata. ¶ Itē oēs
mali debita reformatōe: miſericordis ꝑne
ſcꝫ citra ɔdignū inflictōe reformati: celum
nouū: terra noua: multiplicata lux ſtellarū
⁊ planetaꝝ. ⁊ in corpibꝫ gl̄oſis plena laus
ex vtraqꝫ ſtola: plēa iuſticia de reprobis. hec
aūt mirabilit̄ ꝑficiēt vniuerſum accn̄talit̄.
quare ⁊c. ¶ Octaua ɔcluſio quo ad appeti Cõclo 8
tū naturalē: totū vniuerſum reſpectū finis
nō pōt eē melius qꝫ nūc eſt. Pꝫ. qꝛ finis a⁹
eſt deus: q̄ eſt immēſe bonus. ¶ Nona ɔclu Cõclo 9
ſio. reſpectu appetit⁹ rōnalis vniuerſū erit
melius poſt diē iudicij quo ad modū ferē
di ad finē qꝫ nūc eſt: vel citra diē iudicij erit
Pꝫ. qꝛ tūc om̄es boni inauertibilit̄ ferent̄ i
vltimū finē: ⁊ plena magni mādati adiple

tiōe:qui vſq3 ad diē iudicij pro rpe viç ferū
tur i vltimū finē mutabilit̄.q2 pn̄t ſe auer/
tere.¶Itē nō pn̄t in via mandatū magnū
Cōc̄.10 pfecte adimplere.¶Decima ꝯcluſio:ſequi
tur ex his omib9 ꝙ deus pōt illud vniuerſū
facere melius intenſiue ⁊ extēſiue modis in
ꝯclōib9 pexp̄ſſis.h̄ de.ij.arti.¶His p̄miſſis
Ad1.rō ṁdet̄ ad rōes.¶Ad.j.ꝙ nō ſit ad ꝓpoſitū.
q2 arguit de vniuerſo:prout includit deu3.q̄
mod9 excluſus ē ꝑ p̄mū notabile.ij.articuli
Ad2 ¶Ad ſcd̄am neget̄ an̄s.⁊ ad ꝓbatiōem ad
auctē beati Aug.d̄r.ꝙ intellexit ſcd̄am ptē
ꝯcluſionis q̄rtç.videlic3 ꝙ manētib9 eiſdē
ſubijs eēntialit̄:optimū fecit nr̄m vniuerſū
Ad3 ¶Ad.iij.neget̄ an̄s. Ad probatōz d̄r ꝙ po
tuit ⁊ nō voluit:ſ3 nō ſequit̄ ꝙ fuerit inuid9
eo ꝙ nō erat debitor alicui:vel ad aliquā ꝑ
fectōz producēdā.nec exigebat res facta vt
fieret melior:ſ3 quātū voluit:tm̄ ⁊ totū qd̄
fecit gratuita bonitate fecit.Et qn̄ dicit̄ ꝙ b.
Aug.ſic arguit i li.lxxxiij.q̄ſti.reſpectu gene
ratōis filij.Dr̄ ꝙ non ſit ſile hic ⁊ ibi.q2 fili9
produci debebat i eadē ſb̄a cū p̄re.⁊ iō natu
ra rei producēdç exigebat:vt nō mīor ſ3 ęq̄
lis generaret̄.Per ꝯtrariū ē de creaturis.q̄a
natura producēdi nullū gradū determiatç ꝑ/
fectōis exigebat:ſ3 erat i obediētia liberç vo
lūtatis dei producētis.⁊ ḡ erat ꝓducēda ſm
tm̄ gradū bonitatis q̄tū placuit deo ei dare
Ad4 ¶Ad q̄rtā.ꝙ creaturā eē productā ſm totā
potētiā dei pt̄ intelligi dupl̄r.Uno mō ꝓut
totalitas attēdit̄ i ordine ad producentē.⁊
ſic oīs res quā de9 produxit ē producta i or/
dine ad totā potētiā dei:vel ꝑ totā potentiā
q2 ē ꝓducta ꝑ deū:q̄ ē tota ſua potētia.Alio
mō pt̄ intelligi ꝙ creatura ſit producta ſm
totā potētiā dei i ordine ad effectū.ſ.q2 ma/
ius producere nō pt̄.⁊ ſic ꝯn̄a bona.In pri
mo ſenſu maior ē falſa vt notū ē In ſcd̄o ſen
ſu maior ē v̄a ex ꝯdicione.ſi aliq̄d ſit tale.⁊
Ad5 mīor falſa.q2 nullū finitū ē ſic ꝓductū ꝑ to
tā potētiā dei.¶Ad.v.ꝙ nō i ſolo ordine cir
cūſcribēdo ordiata ē bonū vniuerſi:ſ3 ē etiā
i ꝑfectōe eēntiali ⁊ accn̄tali ordinatoꝝ.⁊ ip
ſa pt̄ de9 meli9 ordiare:ſaltē i rōnalib9 viato
rib9.q2 pt̄ ea cōfirmare i bonū.⁊ ſic erit meli
or ordo.Itē pt̄ ea facere eēntialit̄ ꝑfectiora
⁊ ſic vniuerſū erit meli9.Itē addere pt̄ ꝑfe/
Ad1.ali ctōz eēntialē maiorē:⁊ erit meli9 vniuerſum
qua eēntialit̄.lic3 nō penit9 idē.¶Ad rōes arguē
tes ꝯ ſcd̄m q̄ſitū Ad p̄mā.ꝙ i his q̄ pn̄t in/
tēdi ⁊ remitti eēntiç pt̄ fieri additio ſic dictū
ē i p̄mo arti.In ſubijs ſuppoſito ꝙ nō ſuſci
piāt mag9 ⁊ min9 i ſe nō ꝑficiūt̄ eēntialit̄ ſed
accn̄talit̄ vt dictū ē.¶Ad.ij.d̄r p̄mo.ꝙ xp̄s Ad2
ē hō:tn̄ q2 nō ē depēdēs ſ3 fili9 dei natural' ſi/
ue de9:nō ē ps vniuerſi depēdētis.¶Scd̄o. 2
q2 natura hūana i xp̄o q2 ē creatura:l3 in or
dine ad vnionē nō poſſit magis ꝑfici q̄3 ſit
ꝑfecta:tn̄ de abſoluta potētia dei nō repugn̄t
q̄n ⁊ pluriū cognitōz diſtinctā.ſil'r ⁊ maiorē
charitatē poſſit recipe.Q3 aūt d̄r ꝙ recepit
nomē qd̄ ē ſup oē nomē:h̄ intelligit̄ q̄ ad ḡ/
tiā vnionis.q2 rōne illi9 ē ꝙ hō ē de9:q̄ nihil
mai9 eē pt̄.ſ3 ſup om̄e nomē ē:ſ3 q̄ ad gr̄a3 ſi
ue cognitōz i v̄bo:nō videt̄ repugnare d̄ ab
ſoluta dei potētia q̄n maiorē cognitōz ⁊ cha
ritatē poſſ3 recipe.¶Dicēs.ſi maiorē pt̄ reci Dubiū
pe q̄re non dedit:R̄.ꝙ deus dedit ei maximā Soluit̄.
quā alicui creaturç diſpoſuit dare.finitā tn̄
⁊ iō de abſoluta ei9 potētia maiorē poſſ3 da/
re.¶Sic fecit etiā ſup̄mā creaturā finita3 q̄
maiorē ꝑfectionalit̄ pt̄ facere:vt dictū ē ſed
nō faciet.¶Et qn̄ d̄r.ꝙ non eſt ei dat9 ſpūs obiectio
ad mēſurā.Dic vel ꝙ h̄ dictū ē de gr̄a vnio/ Soluit̄
nis.vel ꝙ dictū ē q̄ ad diuinā acceptatiōe3
ſc3 ꝙ gr̄a ſpūſſcti i xp̄o īfinite ē accepta.vn̄
ꝓ cētū mūdis ſi fuiſſent ⁊ peccaſſent:fuiſſet
ſatiſfactoria.vel ꝙ nō ad vnū donū ſolum
ſpūſſcti ē ei dat9 ſpūs:ſed i oīb9 ē ei dat9 ꝑfe
ctiſſime q̄ ad dona q̄ de9 dare diſpoſuit.⁊ ꝙ
oꝑa ab h̄ ſpū ꝓcedentia de9 īfinite acceptat
vt dictū ē.¶Ad.iij.de bt̄ā v̄gine dicat̄ eodē Ad3
mō:ꝙ poſt xp̄3 habuerit maximā gr̄a3 quā
de9 diſpoſuit dare.¶Primo em̄ ex pte gene 1
ratōis h3 gr̄am q̄dammō infinitā.q2 mat̄
dei ē:qd̄ ē infinitç dignitatis:nec aliq̄ muli
er digniorē generatōz pt̄ recipe.¶Scd̄o.ꝙ 2
b.Anſel.velit ꝙ decuit ⁊c̄.nō ꝙ fuit ei9 mun
dicia mētalis:habitual' vel actualis actu
infinita intēſiue:q2 illā creatura nō pt̄ reci/
pe:ſ3 tn̄ erat maior q̄ ſub deo vel q̄ ad gr̄a3
generatōis:vel q̄ ad h̄ ꝙ q̄dāmō i puritate
generatōnis deo aſſilata:q2 ſicut ille et̄nalit̄
genuit filiū ꝓpria fecūditate non ꝯcurrente
muliere:ſic ipa ex tp̄e genuit filiū ſine virili
ſemie ſpūſctō artifice¶Uel dic ꝙ Anſel.vo 3
luit.ꝙ ſine omi pctō fuit:originali ⁊ actuali
⁊ hęc ē puritas maxia i h̄ mūdo pctōꝝ.Rō
poſt oppoſitū ē ꝑ dictis. Hęc de queſtione.

Q Ueriturqua

dragesimoq̄rto circa diſt.xlv.
vtꝝ volūtas dei q̄ ē oim reꝝ cā
ꝯueniēter diuidat̄ i volūtatē bn̄placiti ⁊ vo

lũtatẽ ſigni. Que queſtio ſupponit. ꝙ vo-
lũtas dei ſit oĩm reꝝ cã. ⁊ querit de volũtat
Arguit̃ 1 diuiſione an ſit ſufficiẽs. ¶ Cõtra ſuppoſi-
tũ arguit̃ ſic. In deo nõ ẽ volũtas: ergo ſuppoſi
tũ falſum. Cõſeq̃ntia nota ẽ. ⁊ añcedẽs pro
bat̃. q2 ſm Aug. in libro de duabꝫ aĩabus.
voluntas ẽ animi motus ad aliquid proſe
quendũ vel fugiendũ. Nõ tale nõ ẽ i deo.
ergo ⁊c. Pꝫ minor. q2 deus nõ ꝓſequit̃ neqꝫ fu
ꝓbat̃. 2 git. Scḋo ꝓbat̃ rõne. q2 ſi i deo eſſet volun
tas: vel hec eẽt libera libertate ꝯplacẽtie ſo-
lũ. ſ. qua oĩa agit ſuĩꝑſius grã: ſic ꝙ nõ põt
alit̃ agere. ⁊ ſic mũdus eſſet eternus. q2 tal'
volũtas ſemꝑ ⁊ immutabilit̃ agit eodẽ mõ
Vel eſſet libera libertate oppoſitõis. ⁊ h nõ.
q2 illa ẽ ad oppoſita. ⁊ ex ꝯſequẽti includit
poſſe variari de nõ volente ad volentem: ⁊
ecõtra. Hec autẽ in deo nõ ſunt. igitur in eo
Confir̃ nulla eſt volũtas. ¶ Cõfirmatur ſic hec ra-
tio. Deus nõ potuit nõ producere mundũ
ergo ſua voluntas nõ eſt libera libertate op
poſitõis. Conſequẽtia nota ẽ. ⁊ añcedẽs ꝓ-
bat̃. quia ſi deus potuit nõ producere mun
dũ: deus potuit nolle producere mundũ. er
go nolle ꝓducere mundũ potuit eſſe i deo.
Cõſequẽtia nota eſt. Et vltra. ergo nolle ꝓ
ducere mundũ eſſet deus. Iteꝝ tenet conſe
quẽtia. q2 quicquid eſt in deo: vel potuit eẽ
in deo eſt deus. Tũc vltra. velle ꝓducere mũ
dũ potuit eſſe deus. ergo nolle ꝓducere mũ
dũ de neceſſitate fuit deus. ⁊ vltra. ergo nolle ꝓ
ducere mundũ ſemꝑ ẽ ⁊ fuit de neceſſitate
deus. ergo deus nõ potuit ꝓducere mundũ
Omes he ꝯſequẽtie videnť eſſe bone. ⁊ con
ſequẽs vltimũ ẽ falſũ. ergo ꝑmũ añcedẽs. ſ. ꝗ
dicebat̃. deus potuit nõ producere mundũ
ergo ſuũ oppoſitũ ẽ veꝝ. deus nõ potuit nõ
ꝓducere mundũ. ⁊ hoc fuit añcedẽs ꝑmũ
3. ꝓbat̃ ꝓbandũ. ¶ Tercio ꝓbat̃ idẽ. q2 videtur ꝙ
omĩs volũtas includat imꝑfectõem. ergo nul
la ẽ i deo. Cõſeq̃ntia nota ẽ. ⁊ añcedẽs ꝓbat̃
q2 vel eſt reſpectu boni ꝯſequẽdi. ⁊ ſic inclu-
dit alicuiꝰ boni carẽtiã. vel ẽ reſpectu mali fu
giẽdi. ⁊ ſic includit alicuiꝰ mali ꝑñtiã quod
vellet abeſſe. quodlibet aũt hoꝝ ẽ imꝑfecti-
onis. ergo ois volũtas videť dicere imꝑfectõꝫ
Arguit̃ ¶ Scḋo ſic. q2 ſi volũtas dei ẽ cã reꝝ. vel h
eẽt rõne ꝑncipalis ſignati. ⁊ hoc nõ. q2 ea-
dẽ rõne potentia ⁊ ſciẽtia eſſent cauſe reruꝫ
qḋ ꝯmuniter nõ dicit̃. Vel eẽt cã rõne ꝯno
tati. ⁊ hoc nõ. quia nõ videť cõnotare niſi
3 effectũ qui nõ eſt cauſa. ¶ Tercio. q2 vel vo
lũtas dei eſſet cã ſufficiẽs. ⁊ hoc nõ. q2 tũc ea

poſita ſemꝑ poneret̃ effectus. Nõ deꝰ vult
omẽs hoĩes ſaluos fieri. ⁊ tamẽ nõ omẽs fi
unt ſalui. nec inſufficiẽs. q2 in deo nõ poteſt
eſſe inſufficiẽtia. ¶ Quarto. quia ſi eẽt cau- 4
ſa oĩm: hoc maxime eſſet. q2 eſt oĩm cã effi-
ciens: ſed ita nõ ẽ. Patet maior. q2 non vi
det̃ i quo alio genere cauſe eẽt cã oĩm. Pꝫ
minor. q2 tũc vellꝫ omĩa que fiũt fieri. ⁊ ſic
cũ pctã ⁊ actꝰ mali fiãt: deus vellet eos fieri
immo faceret eos. Falſitas pꝫ ꝑ Aug. li.
lxxxiij. queſtionũ. q. iij. dicentẽ. ꝙ deo aucto
re nihil fit deterius. vñ negat deũ eẽ cauſaꝫ
pctĩ. ¶ Quinto. ſi eſt cã oĩm volũtas dei: vel 5
ẽ cã neceſſaria vel ꝯtingẽs. nõ ꝑmũ. q2 ſic
oĩa euenirẽt de neceſſitate. nec ꝯtingens. q2
quicq̇d ẽ deus eſt eternũ. ¶ Sexto. q2 vel oẽs 6
effectus ꝓduceret ex intẽtõe. ⁊ ſic nihil eẽt ꝑ
accñs: nec a caſu: nec a fortuna. vel pter in
tẽtõem. ⁊ ſic faceret qḋ nõ intenderet: ⁊ cuiꝰ
inſcius eſſet. ¶ Septĩo. q2 vel eẽt cã reꝝ ꝑ ꝓ- 7
prietatẽ: ⁊ hoc nõ. q2 ſic ſciã ⁊ potẽtia nõ eſ
ſent cauſe. vel ꝑ appropriatõeꝫ. ⁊ hoc nõ. q2
magis deberẽt res appropriari ſcie. q2 illa p
ſupponit̃ a volũtate. Itẽ magis potẽtie. q2
ſine illa nihil poſſet volũtas. ¶ Deinde ar Cõſeq̃ntia
guit̃. ꝙ illa diuiſio nõ ſit bona. q2 ſiles diui-
ſiones debẽt eſſe ſciẽtie ⁊ potẽtie. ſicut volũ-
tatis reſpectu reꝝ. ſꝫ ſciã ⁊ potẽtia nõ diui-
dũt̃ i ſciam bñplacitis ⁊ i ſciãꝫ ſigni. igit̃. Ma
ior pꝫ. q2 ita ſunt ſcia ⁊ potẽtia cãe reꝝ ſicut
volũtas. ⁊ ergo deberẽt ꝓportiõabiles eẽ diuiſi
ones. Mĩor nota ẽ. ¶ Forte dicet̃: ꝙ illa nõ Riñſio
hñt ſigna. ꝯtra. q2 ſicut eẽ creature ẽ ſignuꝫ fallit
volũtatis: ita ex ſuo ordine ẽ ſignũ ſcie. ⁊ ex
ſua magnitudine ẽ ſignũ potẽtie. ¶ Scḋo 2
ſic. q2 volũtas nõ põt ſignari. ergo nulla ẽ vo-
lũtas ſigni. ꝯñtia nota ẽ. ⁊ añs ꝓbat̃. q2 vel
ſignaret̃ ꝑ ſigna naturalia. ⁊ h nõ: pceptio
⁊ ꝓhibitio nõ ſũt a natura: ſꝫ ab auctẽ. Vel
ſignaret̃ ꝑ ſigna volũtaria. ⁊ h nõ. q2 illa ſt
ad placitũ inſtituta. Nõ pceptio ⁊ ꝓhibi
tio nõ ſunt ad placitũ inſtituta. ergo nõ videt̃
ſignare voluntatẽ ex impoſitõe. ¶ Tercio ſic 3
ſignũ volũtatis diuine nõ ẽ ipa volũtas. ergo
nulla ẽ volũtas ſigni. ꝯñtia nota ẽ. ⁊ añce-
dẽs pꝫ. q2 ſignũ vini nõ ẽ vinũ. ergo etiã ſignũ
volũtatis nõ ẽ volũtas. ¶ Et ꝯfirmat̃. q2 p Cõfir̃
ceptio nõ ẽ volũtas dei. ergo diuiſio mala. ꝯñ
tia nota ẽ. ⁊ añs pꝫ. q2 pceptio ẽ actꝰ pcipiẽ-
tis. nõ actꝰ pcipiẽtis non ẽ volũtas pcipiẽs
¶ Quarto. q2 ſi ꝑmiſſio eẽt volũtas dei: ſeq 4
ret̃ ꝙ volũtas dei eẽt de malo. Falſitas ꝯñtis
pꝫ. q2 deus nõ vult malũ. ⁊ pꝫ ꝯñtia. q2 per-

Arg.5. miſſio ē de malo.¶Quīto.qꝛ p̄ceptio ⁊ opa
tio videnť eſſe eadem volūtas.ergo diuiſio
volūtatis ſigni in p̄ceptōem ⁊ in opatiōem
nō ē bona.Cōſequētia nota.qꝛ bona diui/
ſio nō dꝫ incidere ī ſuis mēbris .et aῆcedēs
pꝫ.qꝛ q̄ deus p̄cipit illa ī bonis opať.ğ eadē
Arg.6 ē ſua p̄ceptio ⁊ ſua opatio.¶Sexto.aliq̄ de
us p̄cipit que nō vult fieri.ğ p̄ceptio non ē
volūtas.Aῆcedēs patet .qꝛ pcepit Abrae
vt immolaret filiū.⁊ noluit eum immola/
Confir. ri.igitur.¶Et confirmať.quia bn̄placitivo
luntas ⁊ volūtas ſigni coincidūt.ergo non
valet diuiſio.Tenet conſequētia vt ṗus .⁊
pꝫ aῆcedēs.qꝛ bn̄placita dei p̄cipit deus. et
ergo idem ē p̄ceptio ⁊ volūtas beneplaciti
7 ¶Septimo ſunt tres ſpēs volūtatis ſigni:
repectu boni.ğ debēt eē tres reſpectu mali .ğ
debēt eē plēs q̄ꝫ q̄nqꝫ .ṗma ꝯñtia tenet .q̄a
volūtas reſpectu boni ⁊ reſpectu mali ſūt op,
poſita.mō quot modis diciť vnū oppoſito
rū tot diciť ⁊ reliquū.⁊ ſcd̄a ē nota.qꝛ mgr̄
nō ponit.Aῆcedēs pꝫ.qꝛ reſpectu boni ſūt
In ꝯriū he tres:p̄ceptio:ꝯſiliū ⁊ opatio¶Sed pro
ſuppoſito ē mgr̄ in lr̄a ca.v.p̄ſentis diſ.⁊ al/
legat ad hoc beatū Aug.iij.de trini.⁊ eſt in
ca.vj.dicentē.Voluntas dei eſt ṗma ⁊ ſum
ma cauſa omniū ſpecieꝝ atqꝫ motionū Ni
hil em̄ fit quod nō de interiore atqꝫ intelle/
ctuali aula ſūmi impatoris egrediť¶Sed
pro queſito ē magiſter in ca.ſexto.volens ꝙ
voluntas dei diuidať in voluntatē bn̄pla/
citi ⁊ voluntatē ſigni.⁊ volūtatis ſigni pō/
nit quinqꝫ ſpecies in capitulis ſequētibꝫ .ſ.
preceptionē.prohibitōem.conſiliū. opatio
nē ⁊ pmiſſionē.

In hacqueſtione

erūt duo articuli.Pm̄ꝰ erit de ſuppoſito.
ſcꝫ vtꝝ volūtas dei ſit oīm reꝝ cauſa.Scd̄s
erit de queſito.vtꝝ diuiſio mgr̄i ſit bona :⁊
Arti.1. de volūtatis ſigni ſufficientia.¶Quo ad ṗ
mū noto.ꝙ intelligēdus ē titulus diſtribu
tiōe encletica vel accōmodata .ſ.vtrū oīm
Nota 2 reꝝ quaꝝ nulla ē ip̄a ſit cauſa¶Scd̄o ꝙ q̄ꝫ
uis deus poſſit dici oīm rerū cauſa finalis:
qꝛ ipſe ē finis oīm.tñ in ꝓpoſito ſolū loq̄ p/
pono.videlicet vtꝝ ſit oīm reꝝ cauſa effici/
ens.producēs vel conſeruās .Inter produ
cēs aūt ⁊ ꝯſeruās ē talis diſtinctio.ꝙ cauſa
diciť ꝓducēs que facit vt res ſit.Diciť autē
Nota 3 ꝯſeruās:q̄ ꝓductā rem manere facit ¶Ter
tio noto.ꝙ res ꝓducte alique ſunt vlterius

cauſe in ꝓducēdo .vt ignis productus ge/
nerat caliditatē:calefactibili ſibi approxi/
mato.⁊ ğ pōt queri.vtꝝ voluntas dei nō ſo
lū ſit cauſa vt res ſit: ſed etiā vtꝝ ſit cauſa
vt res ꝓducta cauſare poſſit vľ cā ſit¶Qui Cōclō.1
bus p̄miſſis ē ṗma ꝯcluſio hec.In deo ē ve
re volūtas libera libertate complacētie.⁊ li/
bertate oppoſitiōis.Probať ſic.Quicquid
ē pfectōis ſimpliciter hoc debet poni in deo
Sed hrē voluntatē vtroqꝫ mō liberā eſt ꝓ
prie pfectōis ſimpliciť.igiť.Maior pꝫ de
ſe.⁊ minor ꝓbať ṗmo.ꝙ habere voluntatē
ſit pfectōis.Patet.qꝛ ī quocūqꝫ repiť volū/
tas:ē melius ipſam ineſſe q̄ꝫ nō ieſſe.¶Sꝫ
ꝙ eſſe liberū libertate complacentie.ſ.qua
ſit ⁊ agat ſuꝑpſius gratia:ſit pfectōnis ſim
pliciter. patet.quia hec libertas ſoli deo cō/
uenit.quia oīa ſunt gr̄a dei.ip̄e aūt non
ē gratia alioꝝ:ſaltem ṗma intētione. q̄ꝫuis
poſſemus dicere:ꝙ ſcd̄aria intentione ē gr̄a
reꝝ.ſcꝫ vt eas ſue bonitatis faciat eſſe ptici
pes.ſicut phus dicit.ij.celi.ꝙ oīe hn̄s opꝰ
ē gratia opis: volēs ꝙ deus ſecūdaria inten
tione ſit gr̄a regiminis vniuerſi.¶Sed ꝙ eſſe
liberꝝ libertate oppoſitionis ſit pfectōis ſim
pliciter:patet.qꝛ cū dei immutabilitate ſtat
⁊ ē melius.liberalius ⁊ laudabilius dare re
bus eſſe ⁊ fieri.⁊ alias pfectiōes.⁊ poſſe nō
dare q̄ꝫ dare bonitate nature:ſic ꝙ nō poſſit
nō dare.¶Item ꝙ in deo ſit volūtas :ꝓbat
phus.xij.metaphyſice.⁊ cōmentator ibidē
Volūt em̄ ꝙ moueat intellectu ⁊ volunta/
te.Et ꝓpheta pſalmo.l.Bn̄fac dn̄e in bo/
na volūtate tua.Itē ad Eph.j.dicit apl's.
Scd̄m conſiliū volūtatis ſue.Itē volūta/
rie genuit nos ⁊c̄.¶Sed ꝙ ſumma libertas
patet.quia ī illo eſt ſumma libertas :quod
oībꝫ impat:⁊ cui nihil impare pōt tale ē
deus.Pꝫ maior.qꝛ hoc ē de rōne liberi p̄eſſe
alijs.Minor nota ē de ſe.¶Tercio.qꝛ ī deo
ē ſumma felicitas.ergo ſūma libertas ⁊ vo/
lūtas Cōſeq̄ntia tenet.qꝛ felicitas nō ſolū
ē ī intellectu:ſed etiā ī volūtate.⁊ aῆcedēs
notū ē.nullo em̄ indiget.¶Itē ī deo ē pfectiſ
ſima natura ītellectual:ğ volūtas.tenꝫ ꝯñ
tia.qꝛ ſicut eē infert appetitū naturalē.⁊ ſen
tire apetitū ſenſitiuū.ita intelligere īfert ap
petitū volūtatis ſiue intellectiuū.Aῆs pꝫ
ex dictis circa diſtinctōez.xxxv.¶Forte di
ces:ꝙ phs vult.iij.de aīa.ꝙ volūtas moue obiectio
at mota ab appetibili.dicit em̄ ꝙ appetibi/
le mouet.⁊ ppter h̄ intelligētia mouet.Cō
ſtat:ꝙ ī deo nihil mouet motū: cū nō poſſit

Soluit. moueri.¶ Dicat̃ φ phus loquit̃ de volũtate
que moue ad aliquod bonum ſibi cõſeqn
dum: ſicut mouet volũtas creata dependẽs
Secus ẽ de volũtate pͥma: que bonoꝝ no/
ſtroꝝ nõ eget. ſed ẽ pelagus immẽſuꝫ pfecti
onis ⁊ bonitatis: que ideo mouet ⁊ agit: vt
alijs ſue bonitatis ⁊ pfectionis tribuat eſſe
Cõcl'o 2 pticipes.¶ Scd̃a ꝯcluſio. volũtas dei vtra
qꝫ libertate agit ad extra. ſed libertate com/
placẽtie ſola. ⁊ nõ oppoſitionis. ſunt actio/
nes ad intra.¶ Prima ps patet. qꝛ agit grã
ſui vltimate. ſ. tanq̃ꝫ bonũ finale ⁊ vltimuꝫ
om̃is creature. ergo liberta te complacentie
Unde. xij. metaphyſice. ca. v. mouet ſicut
appetibile. id ẽ tanq̃ꝫ omniũ finis. Sed φ
faciat res libere libertate oppoſitionis: pa/
tet p illud pſalmi. Quecunq̃ꝫ voluit fecit ĩ
celo ⁊ in terra. cxxxiiij. Et p illud ad Rom̃.
ix. Cui vult miſeret̃. ⁊ quem. vult indurat.
Certũ ẽ em̃ φ he ppoſitiões intelligunt̃ de li
bertate oppoſitõis. Sed ſcd̃a ps patet. q̃a
volẽs ꝯplacẽter pater generat filiũ. ⁊ pater
⁊ filius ſpirãt volẽdo cõplacẽter ſpũmſan/
ctũ. ⁊ nõ libere libertate oppoſitõis: vt dictũ
Cõcl'o 3 ẽ pͥus circa diſt. vj. in queſtione. x.¶ Tercia
ꝯcluſio ẽ. phs ĩ lumine naturali ponit ĩ deo
voluntatem liberam libertate complacen/
tie. ſed nõ ponit in illo lumine in deo volun
tatem liberam libertate oppoſitionis. Pa/
tet prima pars. xij. metaphyſice. ca. quinto
Patet ſecũda pars ex dictis in queſtione
circa diſtinctiões. xlij. ⁊. xliij. Nõ em̃ ponit
lumẽ naturale deũ poſſe nõ cõſeruare celũ.
qꝛ tũc poneret annihilatõem eſſe poſſibilẽ:
⁊ ad illam (vt ibidẽ dictũ ẽ) lumen natura/
Cõcl'o 4 le ſe nõ extendit.¶ Quarta cõcluſio. Uolũ
tas diuina ẽ oĩm reꝝ: quaꝝ nulla ẽ ip̃a cau
ſa efficiens cum pducunt̃: ⁊ conſeruãs poſt
q̃ꝫ producte ſũt. Patet p illud aplĩ ad Ro
ma. xj. Ex ip̃o ⁊ p ip̃m ⁊ in ipſo ſunt om̃ia.
¶ Item extra de ſumma trini. ⁊ fide catho.
ca. damnamus. vbi dicit̃. φ deus ẽ vniuer/
ſale oĩm pͥncipiũ. Cõſtat aũt φ hoc nõ ẽ ni
ſi p voluntatẽ. p illud Job pͥmo. Sicut do
mino placuit ita factuꝫ eſt. Et Johãnis pͥ
mo. Om̃ia p ipſum facta ſunt. Et conſtat
Cõcl'o 5 vt pͥus dixi. φ ſciã ⁊ diuiã volũtate.¶ Qui
ta ꝯcluſio. q̃uis aliq̃ res immediate a vo/
luntate dei pducant̃. tñ multe etiã pducũ/
tur ab eadem coagẽtibꝰ cauſis ſcd̃is.¶ Pꝫ
pͥma ps. de om̃i eo qd̃ immediate a deo crea
tur: ſicut Gen̄. pͥmo: vniũſitas creaturaꝝ:
quotidie anime humane: ⁊ in his qui illu

minãtur: fides: ſpes: charitas: ⁊ primꝰ mo
tus immediate a deo fit.¶ Patet ſecunda Corre.
pars in his que fiunt naturaliter mediãti/
bus cauſis ſecũdis.¶ Correlariũ. res pdu/
cte nõ ſolũ habẽt a deo vt ſint: ſed etiam vt
cauſe ſint. pꝫ p ꝯcluſionẽ. qꝛ agũt cũ deo in
rerũ naturali generatiõe. ⁊ h̃ nõ habẽt niſi
a deo. Uñ pͥmo celi dicit phs. A pͥmo ente
om̃ibꝰ deriuatũ ẽ eſſe. ſequit̃. ⁊ viuere. i. in vi
tales opatões poſſe. Et. xij. metaphyſice.
Celum ⁊ tota natura depẽdet a deo.¶ Sex Cõcl'o 6
ta cõcluſio. Quãuis om̃is actionis natu/
ralis deus ſit pͥncipaliſſima cauſa om̃i mõ
quo fit: tamẽ nõ optet φ om̃is actõis libere
om̃i mõ quo fit deus ſit cauſa ppͥe.¶ Pa
tet pͥma pars. qꝛ actõis naturalis om̃i mõ
quo fit vt naturalis: eſt a deo tanq̃ꝫ a cauſa
pͥma. ⁊ hec plus influit q̃ꝫ ſecunda. vt dicit
auctor de cauſis.¶ Itẽ natura nihil facit ni
ſi deus eam ad ſic agere dirigat: ſicut magi
ſter ducẽs manũ pueri ad recte ſcribenduꝫ.
¶ Secũda ps patet. qꝛ libera actio ſepe fit
male a volũtate: et hoc modo nõ fit a deo.
cum deus nõ ſit cauſa p quam volũtas pec
cat: cuꝫ deo auctore nullus fiat deterior. vt
deducit beatus Aug. q. iij. libro. lxxxiij. que
ſtionũ.¶ Correlarie ſequit̃. aliqualiter põt Corre.
volũtas agere qualit̃ deus nõ põt ei coage
re. Pꝫ. qꝛ põt male agere. Pꝫ p ꝯcl'oem. qꝛ
deꝰ nõ põt male agere.¶ Forte dicet̃. φ deꝰ ſit oppõit
cã efficiẽs et ꝯſeruãs voluntatẽ. ergo om̃is
actõis ⁊ modi agẽdi ꝯſequẽtis: iuxta illud
Quicq̃d ẽ cã cauſe ẽ etiã cã cauſati.¶ Se/ 2
cũdo. ſi volũtas põt agere aliqualit̃ q̃liter
deꝰ ei neq̃t coagere: poſſet cã ſcd̃a in effectuꝫ
nõ coagẽte pͥma cã: ꝯtra auctorẽ de cauſis.
Pꝫ ꝯñtia. qꝛ ĩ taliter agere: deꝰ nõ coagit: ⁊
taliter agere videt̃ eſſe effectũ pducere. igit̃.
¶ R. φ. ꝯñtia nõ valet ĩ pͥma ratõne. quia Ad 1
põt bñ conſeruare voluntatẽ: ⁊ feciſſe. ⁊ tñ
ſuorũ defectuũ cauſa nõ eſſe ppͥe: niſi for/
te valde large. ſ. cauſa ſine qua nõ. Ad p/
batõeꝫ ꝯſequẽtie dr̃: φ illa regula. Quicq̃d
ẽ cã cauſe ẽ cã cauſati. intelligit̃ ĩ eẽntialiter
ſubordinatis: nõ aũt optet φ hoc ſit ĩ defe
ctibꝰ qui dependẽt ex libertate voluntatis.
¶ Ad ſcd̃am neget̃ ꝯñtia etiã: qꝛ male age/ Ad 2
re peccare vel deficere: vt ſic nõ dicit aliquẽ
effectũ: ſed defectũ a rectitudine effectus. h̃
aũt deus nõ põt. põt em̃ volũtates pduce
re actões: q̃bꝰ peccãtes deficiũt. ⁊ deꝰ ad ſbaꝫ
actus cõcurrit: que ẽ bonitas quedã. ſed ad
peccandũ nõ ꝯcurrit. qꝛ nõ vult creaturaꝫ

ꝑccare. vñ reſpectu pctī ⁊ modi male agen
di creatura in ſic agendo deum pꝛeuenit. re/
ſpectu ꝟo bonitatis actus ꝓuenit deus vo/
Cõclo 7 lūtatē. ¶ Septima ꝯcluſio. ꝙuis volūtas
dei nō in omīs effect⁹ ꝓductione vel ꝯſerua
tione oēm cauſam mediā excludat. oēm tñ
effectū quē pꝛoducit: immediate attingit ⁊
pꝛincipalius ꝙ̄ omēs alię cauſę ſecundę ī
eſſe conſtituit: ⁊ quem conſeruat ſic etiam
cōſeruat. ¶ Pꝛima ps ꝯcluſionis patet. qꝛ
manifeſtū ē ꝙ ī generatione luminis a ſole
vel ꝯſeruatione ⁊ in alijs actionibus natu
ralibꝰ nō excludit cauſas ſecūdas: vt dictū
ē. quia talia facit mediātibus cauſis ſecun
dis: vt dicit ꝯcluſio q̇nta. nec de curſu natu
rę ſolito pōt talia facere ſine eis. ¶ Secun/
da ps ꝓbat̃ ſic. qꝛ ꝟtus q̄ neceſſario ē intrin
ſeca effectui: quem pꝛoducit ī pꝛoducendo
⁊ quē ꝯſeruat in ꝯſeruādo: effectū quē pꝛo/
ducit immediate pꝛoducit ⁊ attingit. Et eo
dem mō de effectu quem cōſeruat. Sed vo
lūtas diuina neceſſario ē intrīſeca effectui
quē pꝛoducit. ⁊ etiam effectui quem conſer
uat. igit̃. Maioꝛ nota eſt. qꝛ quomō poſſit
aliquid eſſe immediatius alicui ꝙ̄ eſſe in/
trinſecū illi. nec illud poſſe eſſe niſi hoc ſit ī
eo. Minoꝛ ē ꝓus dicta ⁊ ꝓbata. qꝛ neceſſa
rium ē deū eſſe vbiqꝫ ⁊ in omī re. quia ē quā
titatis ſpūalis infinitę: a qua nihil poteſt
excludi ipo remanēte. Et hęc ē ſententia bea
ti Aug. q̇nto ſup Geñ ad lr̃am: dicentis ī
ca. vij. Nō ſolum tūc deus plantauit pa/
radiſuꝫ: ſed etiā nūc omīa quę naſcunt̃. q̇s
em̄ alius etiā nūc iſta creat: niſi q̇ vſqꝫ nūc
opat̃. ſed creat hęc mō ex his quę iā ſūt: tūc
aūt ab illis quę omīno nō erant creata ſūt
Et plures auctes ad hoc ſunt in illo libꝛo
¶ Sed forte dicet̃ ꝙ hęc ꝯcluſio implicat.
nā ꝓma ps videt̃ deſtruere ſcd̄am. qꝛ ſi atti/
git ꝑ cauſas medias: nō attingit immedia
te. qꝛ immediate attingere ē ſine medio at/
tingere. ¶ R̄. ꝙ immediate pōt attingere cā
quę ſimul ē cū cauſato. ⁊ cum hoc ꝑ cauſas
medias quas determīat ad cauſati pꝛodu/
ctionē. ſicut ſi ꝟtus aliqua eſſet intrinſeca
manui ſcꝓtoꝛis. ⁊ cū hoc penne qua ſcribit:
⁊ dirigeret manū ad litterę foꝛmatōem du
ctu pēnę. ⁊ pennā dirigeret ductam a ma/
nu ad tract⁹ neceſſarios ꝑ lr̃a. ⁊ eēt intrinſe
cū lr̃ę quę foꝛmat̃. ꝯſtat ꝙ ꝑ cās medias lit
terā faceret. ⁊ tñ eaꝫ immediate attingeret.
Mō ita ē de deo. qꝛ pñs ē omnibꝰ cauſis ſe
cūdis quibꝰ effectū ī eſſe ꝯſtituit. ⁊ eas ī fa/
cere immediate dirigit. ⁊ ſic ſine medio effe
ctū attingit diſtantię localis vel cauſalita
tis. Vñ patet ꝙ hęc ꝯſequētia nō valet. de
us attingit effectū ꝑ cās ſcd̄as. ergo nō at/
tingit eū immediate. i. ſine quacūqꝫ diſtan
tia. Sed talis ꝯſequētia locū habet ī cauſ
ſuboꝛdinatis: quę non pñt eſſe ꝑfectę ſimul
Verūtamē etiaꝫ conceditur ꝙ pꝛout li imme
diate connotaret carentiā cauſaꝝ media/
rū: deus talia nō attigit ſic immediate: ꝙ ſi/
ne cauſis medijs: ſicut ſine cauſis medijs
ꝓduxit cęlū ⁊ terram: ſed ſic immediate: ꝙ
immediatioꝛ ē effectui pꝛoducto ꝙ̄ aliqua
cauſa ſecūda. qꝛ ē cum immediata pꝛodu/
cente: ⁊ in effectu pꝛoducto. ⁊ cū hoc ſingu/
las dirigit ad pꝛoducere. ¶ Octaua conclu Cõclo 8
ſio. ꝙ ꝙuis ſingulaꝝ rerum pꝛoductaꝝ vel
ꝯſeruataꝝ potētia diuina: ſcīa diuina ⁊ vo
lūtas diuina ē cauſa: ⁊ ęque immediata q̄
ad rem: tamē in oꝛdine ad nr̃m intelligere
immediatius ē cā volūtas diuina ꝙ̄ diui/
na potētia. ſcīa ſiue ſapientia. ¶ Pꝛima ps
pꝫ. qꝛ niſi potēs eēt effectū ī eē nō ꝯſtitueret
neqꝫ ꝯſeruaret. ⁊ niſi eū cognoſceret eum nō
vellet: ⁊ ſic nō ꝓduceret nec ꝯſeruaret. Nec
etiā ꝓduceret ſine volūtate. nā oīa q̄ de⁹ fa/
cit volūtate vtiqꝫ facit: vt dicit beat⁹ Aug.
ad Oꝛoſiuꝫ. Et ꝙ ſint quo ad rem ęque ī/
mediate cauſę: patet. qꝛ ſunt diuina eēntia
ſimpliciſſima. ¶ Scd̄a ps declarat̃ ſic. q̇a h̄
ad nr̃m intelligere ē ꝓncipalius cā. quo po
ſito ponit̃ effectus: ⁊ quo nō poſito nō poni
tur. mō volūtate diuina poſita ponit̃ effe/
ctus: vt dictū ē. Et ad Rom. ix. Volūtati
eius q̇s reſiſtit? Sed ſcīa poſita nō ponit̃.
nō em̄ opʒtet ꝙ deus omīa hęc faciat quę no
uit. ſic nec potētia. qꝛ multa poteſt ⁊ ſcit ſe
poſſe q̄ non facit. ¶ Scd̄o. qꝛ in oꝛdinate ſe 2
habētibꝰ mediū ē ꝓpinqui⁹ extremo ꝙ̄ ex/
tremū extremo. mō volūtas vel ipm velle ē
mediū inter ſcire ⁊ opari. ergo velle ē ꝓpin/
qui⁹ opi ꝙ̄ ſcire ī oꝛdine ad nr̃m intelligere
¶ Et tercio. qꝛ vtiqꝫ ī nobis ſcire ꝑcedit vel/ 3
le. ⁊ velle ipm opus. mō qualis ē oꝛdo real̃
ī nobis: vbi ſcire ⁊ velle differūt. talis ē oꝛ/
do rōnis in deo: vbi nō differūt. Et iſtd̄ vbi
ꝙ̄ ſonat btūs Aug. vñ in auctoritate alle/
gata ad oppoſitū: ꝙ volūtas dei ē ſumma
cā: nō dicit ꝙ ſciētia vel potētia. ¶ Cōtra. di oppõit. 1
ces tu. qꝛ exemplar facti magis attingit ip
ſum immediate ꝙ̄ cauſa: quę applicat ip/
ſum ad effectū: ſed in pꝛoductiōe reꝝ idęa
quę ſe tenet ex pte intellectus: eſt exemplar

oꝑis ꝓducendi. voluntas autem applicat
hoc exemplar ad effectū. ergo intellectus ī
ordine ad nr̄m intelligere ꝓpinquius ſe ha
bet ad ꝓductū ꝙ̄ volūtas. Cōſequētia no/
ta ē. ⁊ maior ſilr. quia ſigillū cuius figurā
pictor imprimit cere: habet ſe immediatiꝰ
reſpectu figure impſſe ꝙ̄ manus imꝑmen/
2 tis. Minor nota ē. ¶ Scđo. qr motꝰ cōtra
nꝰ videt̃ eſſe in mō oꝑandi noſtro ⁊ diuino
qr intētio noſtra ē: nō cauſa rerum: ſed a re/
bus cauſata. et ſcientia diuina nō ē cauſa/
ta: ſed ē cauſa rerū. ergo cum in oꝑatione
nr̄a ē ꝓceſſus: ꝙ res appetibilis mouet ītel
lectū: deinde intellectus mouet voluntatē:
⁊ fit actio. videt̃ ꝙ ī intellectu diuino debe/
at eſſe econtrario. ſ. ꝙ quo ad nr̄m intellige
re debet voluntas dei reſpicere ideā intelle/
ctus. ⁊ mediāte illa ꝯſtituere effectū. ¶ Ter
3 cio. qr illud videt̃ eē immediatiꝰ ꝓducto cui
res ꝓducte magis aſſimilant̃: ſed magꝭ aſ/
ſimilant̃ idee ꝙ̄ ſe tenet ex ꝑte intellectus ꝙ̄
volūtati. igit̃. Patꝫ maior. qr qđ immedia
tiꝰ ſe hꝫ magis ſuā ſilitudinē imꝑmit. Mi
4 nor nota ē de ſe. ¶ Quarto videt̃. ꝙ potētia
executiua ꝓpinqor ſit effectui ꝙ̄ volūtas.
ḡ ꝯtra ꝯcluſiōē. Probat̃ añs. qr illa ē ī no/
bis. Pꝫ. qr pꝰ ſcire ſequit̃ velle. ⁊ pꝰ velle ſe/
quit̃ potētia executiua ī nobis: ad hāc ſeq̄/
Ad 1 tur effectꝰ. ¶ Ad ꝑmā iſtarū neget̃ maior in
quantū exemplar: nam exemplar vt exem/
plar nō agit: ſed ē ad quod reſpiciēs agens
facit effectum: vt domus mentalis nō facit
domū: ſed artifex ⁊ volūtas eius ad ipſam
reſpicientes faciūt: repſentat em̄ vt exēplar
ꝓprie autē nō agit. aut ſi cognitio coagat
cum volūtate: hoc tamē ē remotius a facto
ꝙ̄ volūtas: que immediate producit factū
¶ Ad probatōem dicit̃: ꝙ figura ſigilli non
ē exemplar: ſed ē inſtrumentale agens figu
rā: quā manus facit in cera. vn̄ ſi ſtultꝰ qui
nō noſceret ſigillū imꝑmeret ipſum cere: nō
minus ſigillaret: ⁊ tamē nō ageret ꝑ modū
exemplaris: cū neſciat figurā. ¶ Ad ſecun/
dam neget̃ maior. qr licet verū ſit ꝙ ſcia nr̄a
cauſata a rebus: ⁊ diuina ſit cauſa rerū. tn̄ ſi/
cut ī nobis cognitio pſuppōnit̃ a volūtate:
ita ⁊ in deo quo ad modū intelligendi nr̄m
nihil em̄ vult niſi cognitum: nec volens re
flectit ſe ſuꝑ ideam: vt intellectus principa
lius producat: ſicut nec nos niſi tanꝙ̄ ad
exemplar in ordine ad quod voluntas re/
ſpiciens immediate procedit ad actū. Un
de in nobis modus operandi ꝑus pſentat̃.

⁊ ſtatim ſuꝑueniēte volūtate ſequit̃ actus.
ceſſante impedimēto: ita in deo etiā videt̃.
¶ Ad terciā nō ē maior vera. qr qualitates Ad 3
ī naturalibus immediatius attingūt ſbā
que ꝓducit̃: que tamē eis nō aſſilat̃ ſubſtā/
tia ꝓducta ſed ſube generāti: ⁊ ī artificiali/
bus immediatū producēs domū: forte ē in
ſtrumentū artificis cui domus ꝓducta nō
aſſilat̃: ſed magis domo artificiali in men/
te artificis. ¶ Ad quartā neget̃ maior reſpe Ad 4
ctu dei. qr volūtati diuine nihil reſiſtit. ⁊ ḡ
ſtatim ea poſita ponit̃ effectꝰ. vn̄ pſ. Ipſe di
xit vt fierēt: ⁊ facta ſunt: ipſe mādauit vt eſ
ſent: ⁊ creata ſunt. pſ. xlviij. ⁊ hoc volūtate
vn̄ ab eterno ⁊ ꝑ eterno deus nouit res. ⁊ vo
luit ſibi eas eſſe notas: nō tamē fuerūt res
eterne: ſed voluit ab eterno res eſſe ꝑ deter/
minato tꝑe: ⁊ illo tēꝑe res ſunt facte. Et ad
probatōem maioris dicit̃: ꝙ nō ē ſiē de vo
lūtate nr̄a cui nō ſubſunt entia: ⁊ iō pꝰ vel/
le requirit̃ potētia executiua. dei aūt volūta
ti oīa poſſibilia ꝓmptiſſime obediūt. ⁊ ideo
nō requirit̃ aliq̄d pꝰ voluntatē. ſed ipm̄ vel/
le ſufficit ad eſſe rerū ſine alio medio executi
uo. Hoc de ꝑmo articulo.

Quo ad ſecunduꝫ Arti

articulū reſtat videre de q̄ſito. Pro quo no
tādū. ꝙ mgr̄ videt̃ innuere ī lr̄a duas diui
ſiōes volūtatis diuine. Prima ē. volūtas Diuiſio
dei diuidit̃ ī volūtatē bn̄placiti ⁊ ī volunta 1
tē ſigni. Dicit̃ aūt volūtas bn̄placiti ipā di
uina volūtas ſcḋm ſe: inquātū ē determinata
ad aliquid velle eſſe vel fieri. Voluntas ſi/
gni dicit̃ ſignū ſignās voluntatē dei. ¶ Se/ Scđa
cūda diuiſio mgr̄i ē hec. volūtatis ſigni q̄n diuiſio
ꝙ̄ ſunt ſpēs: ſcꝫ preceptio. prohibitio. conſi
liū. ꝑmiſſio ⁊ oꝑatio: vel alio nomīe imple/
tio. q̄ q̄nqꝫ exꝑmunt̃ hoc vſu. Precipit aut
ꝓhibet: ꝑmittit: ꝯſulit: implet ¶ Scđo ē no Notā
tādū. ꝙ drr̄ia ē inter has volūtates. qr vo/
lūtas bn̄placiti ē eterna. ſed volūtas ſigni
cū nō ſit dei voluntas in ſe: ſed ſignū eius ē
ex tempe. quia ſigna ſunt ex tempe. ſicut p/
ceptum nihil erat niſi cum creatura. cui em̄
preciperetur niſi eſſet creatura. ⁊ ita in alijs.
¶ Tercio ē notandū. ꝙ ad ponēdam volun Notā
tatem ſigni in deo: cogimur aucte ſacre ſcri/
pture ratione ⁊ cōgruētia. Auctoritate. q̄a
dicit ſcꝑtura plures volūtates dei: pſalmo
cx. Magna oꝑa dn̄i: exquiſita in omēs vo
luntates eius. Et manifeſtū ē ꝙ nō eſt niſi

vna volūtas eterna.ſ. bn̄placiti. Jtem ad
Theſ.iiij. Hec dei eſt voluntas ſanctifica/
tio veſtra.quod nō poteſt intelligi de eſſen
tia diuine volūtatis.quia ſanctificatio no
ſtra:non eſt eſſentialiter diuina voluntas.
2 ¶ Ratione.quia ſumme neceſſe ē ꝓ nr̄a ſa/
lute: vt cognoſcamus diuinā volūtatē quā
in ſe cognoſcere nō valemus.ideo opus eſt
3 vt eam cognoſcamꝰ i ſuis ſignis.¶ Cōgruē
tia: qꝛ dicimus lr̄as exꝓ̄mere voluntatē mit
tētis: ⁊ preceptū eſſe volūtatē ꝓ̄ncipis. Eo/
dē mō ſignū dicimus eſſe volūtatē dei: ⁊ di
Nō. 4. uerſa ſigna diuerſas volūtates.¶ Quarto
ē notandū: ꝙ ſufficiētia voluntatū ſigni ſic
ſumit̃. Nam cū diuina voluntas diſpōnēs
de noſtra ſalute (vt dicit Damaſcenus li.ij.
1 ca.penultimo) diuidat̃ in voluntatē antece
dentē: que eſt ſignoꝝ exprimentiū quid de
2 us vult in futuro ꝑ nos fieri vel dimitti. et
in voluntatem conſequentē: que eſt ſigno/
rum dicentiū diuinā volūtatē reſpectu ho/
rum que ſunt in facto: ⁊ exprimunt diuinā
volūtatē prout ſe habet ad facta. que actu
ſunt ſigna diuine voluntatis añcedentis.
1 ¶ Uel attēdunt̃ reſpectu boni ꝓſequēdi. ſcꝫ
qđ vult nos ꝓſeq̄. aut reſpectu mali vitādi.
Primū. ¶ Si reſpectu mali vitādi: ſic ē ꝓhibitō. vt
1 nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. Si ē reſpectu bo/
ni ꝓſeq̄ndi: aut hmōi bonū ē necc̄ariū nr̄e ſa
Scđm. luti: ſicut ſctificare ſabbatū: ſic ē p̄ceptū. vl'
Laau ē reſpectu boni nō neceſſarij ad ſalutē: ſꝫ qđ
ē ſuperogatōis: ⁊ hoc ē ꝯſilium. Sic ḡ ſunt
tria ſigna volūtatis diuīe añcedētis.ſ. pro
hibitio. p̄ceptū ⁊ ꝯſilium.¶ Signa aūt vo
lūtatis ꝯſequētis.ſ.ad opus iā factū vel exi
Quartū ſtēs ſūt duo. qꝛ vel ſumit̃ ſignū reſpectu ope
ris: qđ iā fit vel factū eſt mali. ⁊ ē ꝑmiſſio.
qꝛ deus malū nō agit: ſed fieri ꝑmittit. eo ꝙ
omipotentia ſua ex eo maiora bona elicit.
5 aut eſt reſpectu boni: et tunc eſt oꝑatio. oīa
eīm bona noſtra oꝑatur deus.¶ Alio mō di
ſtinguūt aliq̄: dicētes: ꝙ hmōi ſigna ſumūt̃.
ſm ꝙ deus rebꝫ humanis ſm ꝓuidētiā ſuā
ꝓuideret ad hoīm ſalutē. hꝫ eīm deus ꝓuī
dentiā de hominibus: inquātū eos ad finem
ordinat. ⁊ hoc duplr̄. ꝓ̄mo remorādo mala
1 que nr̄e ſalutis ſunt impedimēta: ſic vocat̃
volūtas ſigni ꝓhibitio. Scđo ſuggerendo
media bona. ⁊ hoc dupliciter. qꝛ vl' hec me
dia ſunt neceſſaria nr̄e ſaluti: ⁊ ſic vocat̃ p̄ce
2 ptū: hec volūtas ſigni: vel ſunt remedia cō
3 grua: ſꝫ ſuperogatōis ⁊ nō neceſſaria. ⁊ hec
volūtas vocat̃ volūtas ꝯſilij. et ſic habemꝰ
tria ſigna voluntatis diuine: que ordinant
nos ad finem: vel quibus deus ordiat nos
ad finem.¶ Sed reſpectu executionis hu/
ius ordinis: etiam cōtingit duplicia ſigna
ſumi. vel exequit̃ hō faciēdo deo adiuuan/
te illa q̄ ſue cōgrua ſunt ſaluti. ⁊ ſic ē oꝑatō 4
nam bona oꝑa nr̄a oꝑatur in nobis deꝰ: vel
p̄tergrediendo ordinē debituꝫ ſalutis: ⁊ ſic ē
ꝑmiſſio.¶ Tercij dicūt ſic: ꝙ volūtas ſigni 5
pōt dici reſpectu p̄ntiū: ⁊ vel reſpectu boni
⁊ ſic dicit̃ oꝑatio vel impletio. vel reſpectu 1
mali: ⁊ ē ꝑmiſſio. Si aūt ē reſpectu futuro/ 2
rum: hoc ē dupliciter. qꝛ vel ē reſpectu ma/ 3
loꝝ. ⁊ ē ꝓhibitio. vel reſpectu bonoꝝ. ⁊ hoc
duplr̄. qꝛ vel ē reſpectu boni ad qđ tenētur
ſinguli. ⁊ eſt preceptio ſeu p̄ceptum. vel eſt 4
reſpectu boni cōgrui vel ſuperogationis. et 5
eſt ꝯſilium.¶ Et fere modi in eundem ſen/
ſum veniūt. ſed videt̃ mihi ꝙ ꝓ̄mus modꝰ
exꝓ̄mēdi ſit magis aptꝰ.¶ Quinto ē notā/
dum. ꝙ licet volūtas bn̄placiti dei ſꝑ adim
plet̃. tn̄ de volūtate ſigni nō optet. multi eīm
nō faciūt p̄cepta ⁊ multi agūt ſibi ꝓhibita
¶ Sexto ē notādū. ꝙ deus q̄nq꜄ p̄cepit aliq̄
que nec voluit volūtate añcedēte, nec conſe
quēte ſic vult fieri ſicut v̄ba ſonāt p̄cepti. ſi/
cut Gen̄. xxij. p̄cepit Abrae vt immolaret
filiū ſuum ꝓ̄mogenitū. quod tamē nō vole
bat fieri. nec tamē hmōi ſūt ſigna falſa. qꝛ
ſunt velata tropis. i. myſticis ſignationibꝫ
ad quas deus huiuſmodi ordiat q̄ vult ip
ſis ſignari.¶ Sed ratiōabiliter querit̃ qua
re diſſuaſio nō ſit ſignū ſicut ꝯſiliū quod ē
ſuaſio?¶ Pōt dici ꝙ diſſuaſio eſt ſuaſio. qꝛ
diſſuadet vnā parte: aliā oppoſitā ſuadet.
et ſic cadit ſub conſilio ſicut ſuaſio.¶ Jllis Cōclo.1
ꝑmiſſis ē prima ppoſitio hec. Diuiſio ꝓ̄ma
volūtatis dei/ē bona. Probat̃ ſic. quia ana/
logum vtiliter poteſt ⁊ bn̄ diuidi in ſuas ſi
gnificatōes: primariā ⁊ ſecūdariā. Sꝫ hic
terminꝰ volūtas diuina dicit̃ analogice de
voluntate bn̄placiti et voluntate ſigni. er/
go cōuenienter in ea diuidit̃. Patet maior
quia hoc eſt vtile: vt cognoſci melius poſ/
ſint bona: vbi terminus talis ponit̃. Patet
minor. qꝛ ꝓ̄mo dicit̃ de voluntate bn̄placiti
ſcđo de volūtate ſigni: ſicut ſanū ꝓ̄mo dicit̃
de hoīe. ſcđo de vrina. ⁊ tercio de cibis.¶ Se Cōclo 2
cūda ꝯcluſio. etiam ſcđa diuiſio volunta/
tis ſigni i ſuas q̄nq꜄ ſp̄es eſt vtilis ⁊ bona.
Q, ſit vtilis: patet. vt ꝑ eas hō inſtruatur
de voluntate dei reſpectu ſue ſalutis. Secū
do vt cognoſcat̃ quomō diuerſi textꝰ diuer/

ſimo de loquentes de dei voluntate ſumen
di ſūt. Et tercio vt homo inſtruat facere bo
nū ⁊ fugere malū. ¶Sed ꝙ ſit ſufficiens et
bona: patet. quia om̄ia ſigna voluntatē dei
reſpectu ſalutis hoīs ſignātia: illis quin
ꝗꝫ ſufficienter exprimunt. ⁊ hoc patꝫ ex ſuf/
ficientia eoꝝ prius aſſignata. Hoc de ſecun
Ad 1. rō do articulo. ¶Illis p̄miſſis rn̄detur ad rōnes
ꝑncipales. ¶Ad p̄mā: negetur an̄cedēs. Et
ad ꝓbatiōem dicitur. ꝙ beatus Aug. dicens
ꝙ voluntas ē animi motus: ad aliquid ꝓ/
ſequendū vel fugiendum: loquitur de vo/
luntate dependente ⁊ indigente. nō autē lo
quitur de voluntate immenſa omne bonum
includente omni malo ſecluſo. Hec em̄ vo
luntas vult ſeipſam: et actiones ſuas im/
manentes voluntate complacentie: et ſu/
as actiones tranſeuntes: nō proſequendo
vel fugiendo: ſed alijs ſuam bonitatem cō
partiendo ſine quacunqꝫ indigentia ſua.
Ad 2 ¶Ad ſecundam ꝓbationē dicitur: ꝙ eſt libe/
ra vtraqꝫ libertate: vt dicit p̄ma ꝯcluſio pri
mi articuli. Et ad improbationē cū dicis.
ꝙ ſic libera ad oppoſita poſſit variari de vo/
lito ad nō volitum ⁊c. Negetur ꝯſequētia. qa
ſemꝑ eadē vult. nec in eo cadit mutatio. ſed
ſequitur: ꝙ que vult eternaliter pōt ab eterno
nūqꝫ voluiſſe ⁊ econtra. ſicut homo ꝓpoſito
ſibi obiecto pōt libere illud acceptare ⁊ nō
Ad 3 acceptare. ¶Ad terciā negetur an̄cedēs. ⁊ ad
ꝓbatōem eius totū conceditur vſqꝫ ad hanc
quod deus potuit fuiſſe: nolle ꝓducere mū/
dū incluſiue: immo ꝙ nolle ꝓducere mun/
dū potuit eſſe deus: ſicut hec: nolens produ
cere mundū potuit eſſe deus. quia quod po
tuit eſſe nolens producere mundū potuit
eſſe deus. ¶Et ad improbatōem illius cuꝫ
infertur. negetur ꝯſequētia. ergo nolle produce/
re mundum de neceſſitate fuit deus. Et ad
probatiōem ꝯceditur maior ⁊ minor. ⁊ negetur
diſcurſus. quia i maiore ē diſtributio ꝓ rebus
abſolute. ſ. hic. quicqd potuit eſſe deus de ne
ceſſitate fuit deus. ⁊ in minore ſi ſubſumitur
nolle ꝓducere potuit eſſe deus: fit ſubſum/
ptio de p̄dicamēto actōis. ⁊ eſt fallacia figu
re dictiōis: vt quicquid hodie mane fuiſti
hoc adhuc es. Sed hodie mane volens
Ad 4 ſurgere de lecto fuiſti. ergo volēs ſurgere de le
cto adhuc es. ¶Ad quartā ꝓbatōeꝫ negetur
an̄cedēs. Ad ꝓbatiōem ꝙ volūtas diuina
ē reſpectu boni cōſequēdi alijs: nō ſibi. quia
nō eget. Et cum dicitur: ꝙ ſi eſt reſpectu boni
conſequendi: ꝙ tunc includit carentiaꝫ ali/
cuius boni. verꝫ eſt: ſi eſſet reſpectu boni con
ſequēdi ſibi. ¶Aliter pōt dici. ꝙ illa diuiſio ē Vel ſic
vera de voluntate deſiderij: que in deo non ē
reſpectu ſue ꝓprie nature: ſed ſolum eſt i eo
voluntas complacentie. quia ſua eſſentia
eſt obiectū infinite ꝑfectōis. ¶Ad ſecūdaꝫ Ad 2 prin
rōem principalem dicitur. ꝙ voluntas dei eſt cipale
cauſa rerum ratione ſui principalis ſignati
Et ꝯceditur ꝙ eodē modo potētia ⁊ ſapiētia
ſunt cauſe rerum. Sed tamē eſſe cām reruꝫ
magis dicimus de volūtate qꝫ de ſciā vel po
tētia. eo ꝙ hic termin⁹ volūtas ſupponit ꝓ
re p̄ma. ſ. pro deo importādo vel cōnotādo
eam determinatam pro productione reruꝫ.
quia om̄e volitum a deo voluntate bn̄pla
citi: in eſſe conſtituitur. Sic aūt nō ē de ſciētia
quia multa nouit que deus nō poteſt face/
re: vt mala. nec de potētia que ē ad innume
rabilia: que deus nūqꝫ faciet. ⁊ ergo nō dici
mus de hoc. ſcit. ergo erit. nec dicimus. hoc
poteſt. ergo faciet. ſed bn̄ ſequitur. deus hoc
vult fieri: loquēdo de volūtate bn̄placiti. ergo
hoc erit. ⁊ ꝓpter hāc determinatōeꝫ quā cō
notat hic termin⁹ volūtas: magis attribuitur
ſibi eſſe cām qꝫ ſcie vel potētie. ¶Ad terciaꝫ Ad 3
ꝙ de⁹ ē cā ſufficiēs ad oīs effect⁹ poſſibiles ꝓdu
ctōeꝫ. nō tn̄ oportet oēm effectū poſſibilē fieri
quia nō omnē vult fieri. ⁊ nō oportet cauſa ſuffi
cienti poſita in eſſe poni effectū: niſi in his
que agūt ſm vltimū ſuū poſſe: ſicut ſūt agē
tia naturalia: de quibus dici ꝯſueuit ꝙ eis po
ſitis ſufficiēter ad eſſe rei: ⁊ eo quo ſufficiūt
ſuppoſito concurſu vli dei: ſemꝑ ſequitur effe
ctus. deus aūt ē cauſa ſufficiēs ſeu volūtas
ſed ē libera: produxit effectum quem volu/
it pro tempore. pro quo eternaliter diſpoſu
it euꝫ fieri. ⁊ tn̄ quantū voluit. de hoc plus
forte dicetur i ſcdo libro. ¶Ad hoc aūt quod
aſſumitur ab aplo. ꝙ velit oēs hoies ſaluos
fieri. exponūt quidā oēs ſaluādos. qdā ſic
ſic. om̄es. i. de ſingulis natōnibus aliquos.
¶Alij dicūt. ꝙ apls ibi loquatur de volunta/
te an̄cedente ⁊ ſigni. vt ſit ſenſus. Deus ia/
nuā paradiſi ſua paſſione om̄ibus aperuit. ⁊
de om̄ibus peccatis quantū ad ſufficientiā
patri ſatiſfecit: ⁊ legem dedit oīm ſaluteꝫ ex
primentē. ſ. p̄ceptoꝝ ⁊ conſilioꝝ. ſm quā qs
viuens ſaluus erit. ſed nō vult hoc volun/
tate ꝯſequētis vel bn̄placiti. quia nūqꝫ erit
ꝙ om̄es ſalui fiāt. ¶Ad quartā. ꝯceditur ꝙ de Ad 4
us ē oīm cauſa efficiēs. ⁊ om̄ia entia que fi/
unt facit. De peccato autem de quo arguitur:
dicitur: ꝙ deus eius turpitudinem nō vult

fieri:q̄uis eam fieri p̄mittit.necilla turpi/
tudo eſt aliquid:ſed eſt priuatio vt dictuȝ
eſt.ꝛ ergo deus illam non facit fieri.ſed eſt
a voluntate deficiente.actum autem poſi/
tiuū quem quis facit peccando deus facit.
quia ē quiddam bonum quod nequit cre/
atura producere niſi deus coageret.ſed inq̄
tum ſe deformat p̄ hunc creatura:hoc a deo
nō ē:ſed a volūtate deficiēte.De hoc ē ſepi/
Ad 5 us dictū.ꝛ magis p̄tinet ad ſecundū.¶Ad
quintā.ꝙ volūtas dei reſpectu effectuū q̄s
facit ē contingēter cauſa p̄ducēs ſiue conſer
uās.quia libere libertate oppoſitōis res pro
ducit ꝛ ꝯſeruat.vt in p̄mo articulo dictum
ē.Et cum dicis ꝙ om̄e quod ē ī deo ē neceſ/
ſariū.Uerū ē.quia ē deus.ſed nō ē incōueni
ens ꝙ neceſſariū ſit ꝯtingēter cā p̄ducēs ſi/
ue cōſeruans.immo ita ē.q̄ libere talia fa/
cit.immo ꝯcedēdū ē ꝙ aliqualiter de⁹ ſit ad
intra:qualiter cauſare nō pōt ad extra.q̄a
neceſſario ē ad intra.ꝛ impoſſibile ē ꝙ neceſ
Ad 6 ſario cauſaret ad extra.¶Ad ſextā.ꝙ om̄es
effectus p̄intendēs etiā determinatiſſime vl'
ſingulariſſime:ſic ꝙ eos vult ſic produci ſi/
cut producunt.ꝯcedit ꝯſequēter ꝙ ī ordine
ad deum nihil ē a caſu vel a fortuna:preno
uit em̄ om̄ia que facit:ꝛ eo mō ea facit quo
prenouit.Sed tamen dicunt res fieri a ca
ſu vel fortuna reſpectu cauſarū agentiū p̄ti/
cularium:a quib⁹ p̄ter illarū cauſarū intētōem
eueniūt:extra ſemp̄ ꝛ frequēter:vt tractari
ſolet.ij.phyſicorū.vn̄ mōſtra fiūt a deo.licȝ
deus nō ſit cauſa mōſtruoſitatis vel defect⁹
Ad 7 inq̄tuȝ defectus ē.¶Ad ſeptimā dicit.ꝙ vo
lūtas dei cū ſit deus:ē p̄priiſſime cauſa rerū.
q̄ ē p̄ma cauſa.Sed ꝯpando voluntateȝ
ad ſciam aut potētiā.dicit ꝙ ſit cauſa p̄ ap
propriatōȝ.q̄ magis dicim⁹ de volūtate ꝙ
ē cā:q̄ꝫ de ſapia ꝛ potētia.q̄ volūtas ſignat
deū inquantū ē cauſa actualis rerū.Scien/
qui corda ſua ad terrena: ꝛ a volūtate pre/
Ad ꝯfir. cepti dei auertūt. ¶ Ad confirmatōeꝫ conce
dit̄ quod dicit̄ ꝙ quo ad eēntiā volūtas dei
tm̄ ab hoīs volūtate diſtat quātū diſtat de
us ab hoīe: ſed i infinitū diſtātibꝰ pōt vnū
ſe ꝯformare alteri p imitatōem ſicut effect⁹
ſue cauſe. ¶ Per idē dicit̄ ad ꝯfirmatōeꝫ. ꝙ
nulla ē ꝯformitas pmo vel ſcdo mō dicta
infinite diſtantiū. ſ. p ꝯueniētiā in eadem
forma cōi: ſed bn̄ in talibꝰ pōt eē conformi
Ad 2 tas tercio mō dicta. ſ. p imitatōeꝫ. ¶ Ad.ij.
cōcedit̄ ꝙ volūtas hoīs nō ꝯformat̄ volū/
tati dei p realē conueniētiā i eadē forma i nu
mero. vel i eadē ſpecie: ſed bn̄ i imitādo: pu
ta ſic ꝛ ita volēdo qualiter ꝛ que deus vult
eā velle. ¶ Ad rōes factas p ſcdo ſuppoſito
Ad 1 ali Ad pmā. ꝙ 9i amici nō ſp eadē volūt ſꝫ de
arū cētia. Vn̄ ſi vn⁹ vult ſe abſentare a patria ſe
pe diſplicet alteri. nec hoc ē ꝯtra rōem ami/
cicie. nam ꝙ eoꝝ ē idem velle ꝛ nolle i ami/
ciciā ſtudioſa: intelligit̄ d' illis q̄ rectū dicta
mē rationis dictat: ꝛ que amiciciā honeſtā
augent ꝛ ſaluāt. ſaluat aūt nō ſemp idē vel
le: ſed quod congruū ē velle. mō congruū ē
hoīem velle nō qd de⁹ vult. qꝛ forte h̄ velle
ē contra charitatē quā vult de⁹ hr̄e oēm ho/
minē ad ſuū primū. ꝛ g̊ ſaluat amiciciā ho
mis ad deū vt velit ſic ſicut deus vult eā vel
le. Vn̄ ad formā dicit̄. ꝙ verus amicus ali
qn̄ diſcordat i volēdo reſpectu voliti. qd tn̄
amic⁹ rōnabilit̄ vult. eo ꝙ amic⁹ eū vult ali
ter velle. ꝛ ita ē hic. Vn̄ etiā inter hoīes ſtu
dioſos homo diſiūgēs ſe neceſſitatis cauſa
ab amico: vult ſe diſiūgere: ꝛ nō ut amico
ſuo illa diſiunctio placeat. qꝛ tūc vellet euꝫ
non eſſe amicū: ſed vult eum velle oppoſi/
tum. ſ. ut diſpliceat ei diſiūctio quā tn̄ ali⁹
ꝯgrua de cā vult. Ita i ꝓpoſito. nō vult de⁹
ꝙ ſi ſcio p reuelationē ſocratē eē reprobatuꝫ
ꝙ ego illud velim q̄diu ſocrates viatoꝛ eſt

eo ꝙ de⁹ ligauit me ad velle ſocrati ſalutem
¶ Ad ſcdam pt dici. negādo miorē. qꝛ illa ē Ad 2
falſa. oppoſitū em̄ eius quod deus vult vo/
lūtate bn̄placiti: pt euenire ſine h̄ ꝙ tollat p
fectio dei. qꝛ deus pt eius oppoſitū velle. ꝛ g̊
bn̄ ꝯcludit ratio ꝙ volūtas viatoris nō de
bet velle ſic fieri: ſicut hec copulatiua ipor/
tat. deus vult ſocratē damnari. ꝛ Socrates
nō damnabit̄: ſed qn̄ poſſꝫ velle ꝙ ſocrates
nō damnaret̄. ꝛ ꝙ aliter vellet: hoc eſt cha/
ritatis. nec in hoc tolleret̄ pfectio dei. q̊a ab
eterno pt alit̄ voluiſſe. ¶ Ad terciam. ſ. ad Ad 3
gloſam q̄ dicit. ꝙ prauū ꝛ diſtortū coꝛ hꝫ q̊
nō vult id qd deus vult: ſubaudi eū velle.
ſed ſtat bn̄ ꝙ rectum coꝛ teneat̄ oppoſitum
velle eius quod de⁹ vult. vt ſi vellet mihi fi
naliter nō miſereri: ego teneoꝛ ꝛ poſſum re/
cto corde velle vt mihi miſereat̄. vnde obli
quū eſſet coꝛ meū ſi vellem ꝙ mihi nō miſe
reret̄. q̄uis hoc ex caſu ſua voluntas velit.
¶ Alia ps gloſe concedit̄. ꝙ voluntati dei vt
regule debemus noſtras volūtates confoꝛ/
mare in mō volendi ꝛ in volito. quod vult
nos velle. ¶ Ad terciā. concedit̄ ꝙ volūtas
non ſit recta reſpectu voliti: niſi ſit ꝯformis
volūtati diuine i mō volēdi ꝛ i volito. qd
deus vult eā velle. nō aūt optet ꝙ in volito
quod deus vult. ¶ Forte dicet̄. Certū ē ꝙ il/ Inſtā
lud quod deus vult eſt optimū. quia volū
tas dei nō poteſt eſſe niſi optima in ſe: et iu/
ſta reſpectu voliti. ¶ Rn̄det̄ admiſſo āntece/ Solu
dente. ꝙ nō ꝓpter hoc optet voluntatē ho/
mis conformari volūtati dei: qꝛ illud quod
deus vult ē optimū. qꝛ forte nō ē ei optimū
ut ſi deus nō vellet ei finaliter miſereri. ma/
nifeſtum ē ꝙ hoc eſt ei valde malum. ꝛ er/
go licite poteſt huius contrariū velle. ſ. vel/
le miſericordiā finalem que eſt ei optima.
uel ad gloriā via. nec deus vult creaturā ra
tionalē in contrariū obligari. Sil'r fortaſſis
quod deus vult nō pmittoꝛ velle. qꝛ agerē
ꝯtra charitatē. ſm quā ligatus ſum velle: ꝛ
g̊ non teneoꝛ velle illud quod deus vult. q̄
uis in ſe ſit fortaſſis optimū. ¶ Ad quartaꝫ ad 4
concedit̄. ꝙ non licet recte volūtati nec ali/
cui agere contra volūtatē bn̄placiti. qꝛ nul
li ꝯtra ipſam agere licꝫ. ¶ Scdo dr̄. ꝙ etiaꝫ 2
manēte rectitudine volūtatis nō licet ſcien
ter agere ꝯtra volūtatē pcepti. qꝛ hoc ē pec/
care. ¶ Tercio dr̄. ꝙ nec licꝫ mihi velle con/ 3
tra voluntateꝫ precepti dei propter idem.
¶ Quarto dico ꝙ licet mihi velle cōtra vo/ 4
luntatem beneplaciti dei. qꝛ lex me obligat

ad hoc: vt velim proximo ſalutē. ⁊ ideo ne
gat ꝯſequētia cū infert. ꝙ licet velle licet fa/
cere. placet mihi ab eo qui illud pōt facere
vn̄ multa licite volo que facere nequeo. vn̄
ſicut volo ꝓximo ſalutem ita licitū eēt deo
eam facere. mihi autē nō licet eaꝫ facere. qꝛ
hoc non congruit homi ſed deo. Dn̄i em̄ eſt
ſalus: ⁊ a deo ē: non ab hoie. Vn̄ Samuel
ſciens Saulem ꝓiectū a deo. ⁊ ꝙ deus non
reuocaret ſniam. vt dicit̃ p̄mi Regū. xv. ni/
hilominus orabat ꝑ Saul. ⁊ lugebat euꝫ.
vt habet̃ ibidē. q̄ꝛuis em̄ ꝯtra volūtatē bn̄/
placiti hō nequeat agere. pōt tn̄ licite deuꝫ
Ad6 rogare: vt alit̃ velit: ⁊ ipe aliud faciat ¶ Ad
ſextā dr̄. ꝙ impius ē cui nō placet diuina ꝓ
uidentia: ſm̄ ſe vel in genere ¶ Secūdo eti
am impius eſſet qui diuinā ꝓuidentiaꝫ re
ſpectu alicuiꝰ vellet eē. ⁊ ſimul ⁊ ſemel illud
nō fieri. Sꝫ nō ē impiꝰ q̄ reſpectu diſpōſiti
ꝑ diuinā ꝓuidētiā rogat ⁊ deſiderat dū alit̃
velle. puta velle ſalutē ꝓximi. qꝛ ita vult de
us nos velle. q̄ꝛuis ꝑ reuelatōem etiam ſci
ret eum eſſe finaliter reprobandū. nā ꝓui
dētia ⁊ diſpoſitio diuīa reſpectu futurorum
ad placitum ſunt ⁊ libera. Et qd̾ deꝰ vno mō
vult p̄t nūq̄ꝫ voluiſſe: ⁊ voluiſſe mō oppoſi
Ad7 to. vt ṗus ſepiꝰ eſt dictū. ¶ Ad. vij. ꝙ in dn̄i
ca orōne petit̃ volūtas p̄cepti in terra adim
pleri: ſicut in celo adimplet̃ pleniſſime vo/
lūtas bn̄placiti. hoc em̄ petit̃. ſ. vt ſicut ſine
aliquo defectu fit dei volūtas bn̄placiti: ſic
fiat ab hoie in terra volūtas p̄cepti. ⁊ i hoc
petimus oim̄ ſalutē. qꝛ petimus vt omnibꝫ
concedat̃ impletio mandatoꝝ. ⁊ tn̄ ſcimꝰ ꝙ
volūtas bn̄placiti dei nō ē vt oēs fiāt ſal
ui. ⁊ ergo ratio deberet ad contrariū retorq̄/
ri. quia petimus om̄ibus chriſtianis gene
raliter impletionē p̄ceptoꝝ. quos ſcimus
nō eſſe de volūtate bn̄placiti dei. Quod au
tem aſſumit̃ ꝙ petit̃: vt om̄es volūtates eiꝰ
impleant̃ tam in celo q̄ꝫ in terra. Dicit̃ ꝙ il/
la nō eſt mens petētis ſm̄ expoſitores dn̄i/
ce orōnis. ſed illa que dicta ē. ſ. vt in terra ſi
ne defectu: ꝑ homine impleatur voluntas
p̄cepti: ſicut in celo ſine defectu: voluntas
Ad8 bn̄placiti veraciter adimplet̃. ¶ Ad octa/
uam concedit̃. ꝙ velle diuinū debet homo p̄
ponere ſue voluntati in his in quibus deus
vult hoc ſue volūtati p̄poni. ſed nō alias.
2 ¶ Scd̾o ꝙ pōt licite vbi deꝰ eū vult ꝯtrariū
velle cum humilitate velle: vt deus mutet
3 ſniam. ⁊ vt damnandū ei reuelatū velit ſal
uare. ¶ Tercio ꝙ nō licꝫ ei velle vt dictū eſt

ꝙ volūtas dei d̾ alīq̄ maneat. ⁊ tn̄ oppoſitū
eiꝰ fiat: ſꝫ bn̄ pōt velle ⁊ rogare vt deus alit̃
velit. ¶ Ad nonam ꝯcedit̃ an̄cedēs. ⁊ neget̃ Ad9
ꝯn̄tia. ꝙ ex hꝭ i volito vniuerſalit̃ ſe debeat il
li conformari. ſed i mō volēdi ⁊ in volendo
illud quod deꝰ vult eū velle. nō aūt vult de
us vt ꝯformet ſe ſue volūtati i volēdo pro
p̄riā vl̄ ꝓximi condemnatōꝫ. ¶ Ad decimā Ad10
ꝙ secꝰ ē de christo q̄ fuit comp̄heſor: q̄ voluit
ſicut ceteri beati om̄e quod volūtas diuina
diſpoſuit fieri. tn̄ cū pietate compaſſionis.
ſecus ē d̾ puris viatoribꝫ. q̄ ligant̃ velle om
nibus ſalutē ex lege charitatis. vn̄ cōcedit̃
ꝙ xp̄i actio ē noſtra inſtructio. ſed nos non
tenemur in volito nos ſic om̄ino ꝯformare
volūtati dei. ſicut xp̄s q̄ erat ꝯp̄heſor. ¶ Se 2
cūdo p̄t dici ꝙ xp̄s vt hō volūtate hūana
viatoris voluit oim̄ ſalutē impletōe mādā
ti. nā ꝓ om̄ibꝫ orauit. ⁊ ad ſufficiētiā ſatiſfe
cit: licet voluerit vt comp̄heſor volūtatem
p̄ris in om̄ibus adimpleri ¶ Itē quod alle
gat̃ nō eſt ad ꝓpoſitū. qꝛ illa auctoritas q̄
aſſumit̃ nō loquit̃ de om̄ibꝫ que pater vult
volūtate bn̄placiti: ſed de paſſiōe ſua bn̄di
cta ⁊ hois redēptōe. ¶ Tercio pōt dici ꝙ rō 3
ad contrariū deberet retorqueri. qꝛ chriſtꝰ ſci
uit voluntatē p̄ris. ꝙ vellet eū pati. ⁊ tamē
ſupplicauit ſi poſſibile eēt legē mutari. qua
re ꝗ hō etiā ſi nō euaderet voti ꝯpos n̄ poſ
ſet velle legē dei reſpectu ꝓximi ne finalit̃ in
duraret̃ immutari: cuꝫ hoc ſit deo poſſibile
¶ Ad vndecimā negādo ꝯn̄tiā p̄mā. qꝛ nō Ad11
ē ſimile de btīs ⁊ viatoribꝫ. Illi em̄ a lege vi
atoꝝ ſoluti ſunt: ⁊ ꝗ nihil volūt de his de q̄/
bus ſciunt volūtatē bn̄placiti dei: niſi ſicut
volūtas dei vult. Secꝰ de viatore puro. qꝛ
iſte ligat̃ ad voluntatē ſigni. ſ. ꝓhibitiōis ⁊
p̄ceptionis: ⁊ iō ſm̄ illā dꝫ velle ex lege. q̄a
ita vult deus eū velle. Et ad ꝓbatōꝫ conſe
quētie dicit̃. ꝙ q̄ꝛuis viator ad patriā tēdat
tamē hoc ē iuxta legē viatoꝝ. ſ. iuxta p̄ce/
pta ⁊ ꝓhibita. que ſic i patria nō erit: cum
volūtas erit i bonū cōfirmata. ⁊ ideo nō op
tet: ꝙ om̄ia que vult velit ibi. vel ꝙ que ibi
volet hic: niſi ſint ea que intrinſecā habitu
dinem habēt ad beatitudinē: vt deum eſſe
deū coli ⁊c. ¶ Scd̾o dicit̃. ꝙ bn̄ ſtat in pa/ 2
tria volūtates eſſe diſcordes i volito donec
ſanctis conſtiterit de volūtate bn̄placiti dei.
Sic em̄ habet̃ Danielis. ꝙ angelꝰ pſaꝝ re/
ſtitit angelo: vel ſaltē ei q̄ ei loq̄bat̃. xxj. die/
bus. quod accipit Hiero. d̾ bonis. Sꝫ poſt
q̄ꝫ ꝯſtat btīs de volūtate dei: tūc ſe illi ꝯfor/

Ad 12 mãt.¶Ad duodecimã dr.ꝙ volũtatẽ eẽ cõ
tra deũ:põt intelligi vno mõ volẽdo ꝯrium
eius:qđ volũtas bñplaciti vult.ꝛ qꝛ deus
ſm legẽ pceptoꝝ vult voluntatẽ oĩm chri/
ſtianoꝝ velle ſalutẽ.quã tñ reſpectu oĩm ip
ſe nõ vult.ſtat ſic voluntatẽ eſſe ꝯtra deũ.ſ.
in volito:ꝛ tñ facere quod tenet̃:ſicut etiaꝫ
ſterit iudeos cũ deo in volito fuiſſe:quo ad
chriſtũ mori ꝯcordes.ꝛ tñ nõ faciebãt qđ
2 tenebant̃.¶Scđo mõ aliqđ dicit̃ eſſe ꝯtra
deũ.qꝛ vult ꝯtra pcepta dei:vel vult ꝓhibi/
ta.ſ.vult aliqua.ꝛ aliter ꝙ̄ volũtas dei vult
eã velle.ꝛ talis nõ ẽ recta.Et ad minorẽ cõ
cedit̃.ꝙ volũtas nõ ꝯformans ſe in volito
poſtq̃ ꝛc.ẽ cõtra deũ pmo mõ.qꝛ vult cõtra
riũ eiꝰ qđ deꝰ vult.ꝛ tñ ẽ recta:qꝛ deꝰ vult eaꝫ
ſic velle:ſed talis nõ ẽ ꝯtra deũ ſcđo mõ.Et
cũ dicit̃.ꝙ qui nõ ẽ mecũ ꝯtra me ẽ.Dicit̃ ꝙ
illã ꝓpoſitõem dixit chriſtꝰ ꝯtra iudeos:di
cẽtes ei.ꝙ i beelzebub pncipe demonioꝝ eij
ceret demonia:quaſi diceret.diabolꝰ i eiecti
one demonioꝝ nõ ẽ mecũ:ſed ẽ recte ꝯ me.
qꝛ q̄rit deſtruere ꝛ pdere:ego viuificare ꝛ ſal
uare.Sꝫ ſi qs vellet eã vniuerſaliter ſumi
tũc diceret̃ ꝙ intelligit̃ ſic.Qui nõ ẽ mecuꝫ:
adimpletõe pceptoꝝ.volẽdo ſicut ego vo/
lo eũ velle:ille ẽ cõtra me:qꝛ ꝯtrariꝰ manda
tis meis.Qui em̃ diligit me mãdata mea
ſeruabit Jo.xiiij.¶Ad auctes adductas
Ad alia ꝓ ſuppoſito illę cõcedunt̃:qꝛ ꝯcludũt ꝓpo/
ſitũ:ꝛ ꝓ dictis in pmo articulo.¶Ad ea q̄
Ad 1 adducunt̃ ꝓ pte negatiua queſiti:illa vide
tur eſſe ꝓ dictis.Uñ auctas Aug.ꝓ dictis
ẽ.qui vellet eſſe ꝓ opinione ꝯtraria:diceret
ꝙ hoc habet veritatẽ:vbi hõ neſcit volũta
tẽ dei de ꝯtrario.¶Ad ſcđam.ꝙ viri ſcti põt
Ad 2 velle cõtraria:ꝛ meritorie.qñ hincinde hoc
vellẽt ad honoreꝫ dei:ſicut dicit mgr̃ in lr̃a.
Jlli em̃ Act.21 qui nolebãt aplm aſcẽdere
Hieruſalẽ:volebant hoc ex pietate:vt ma
nẽs liber maiorem fructũ faceret:ꝙ̄ poſſꝫ ſi
ibi pateret̃.Apl's aũt ex ꝯformitate volũta
tis cũ deo voluit ſubire paſſionẽ in teſtimo
niũ euãgelij:ꝛ ſic hincinde ꝙ̄uis oppoſita
voluerint:tñ bñ hincinde:qꝛ ad honorem
dei.¶Alię duę ratões arguũt ꝓ dictis in ſe
prima ꝯcluſione.Hoc de queſtione.Et ſic ẽ
finis pmi:benedictus deus.

¶Primũ ſcriptum libri ſentẽtiaꝝ ve
nerabilis Marſilij:finit feliciter.

Irca ſecū
dum librum ſententiaꝝ
diſputādo queſtionē p̄/
c uiam ⁊ↄtinuando ma/
teriā de pfectionib⁹ in p̄/
mo p̄ncipio meo tactaꝫ.
formoralē q̄ōnē. Utꝝ oīs pfectio regni cre/
ati poſſit q̄ad ſe totū ⁊ i ſingul'ſuis ptib⁹ au
geri vel minui? Intelligo aūt per regnum
creatū: totam multitudinē reꝝ depēdentiū
partes eius voco: quantūlibet entitatem
dependentē. Que queſtio vnū ſuppōit
vicꝫ. ꝙ aliquid ſit regnū creatuꝫ. ſcđo que/
rit: vtrū illud in ſe toto ⁊ in q̄libet ei⁹ par/
Contra te poſſit eſſe magis pfectū. ¶ Contra ſup/
ſuppoſi. poſitum arguit̄ ſic. Creatio nō eſt poſſibil.
arguīt 1. ergo ſuppoſitū falſum. ↄſequētia nota eſt
et añs probat̄ ſic. q2 ad creatiōem requirit̄
ꝙ aliq̄d fiat ex nō ente. mō hoc nō eſt poſ
ſibile. igit̄. maior ptꝫ de ſe. q2 in hoc differt
generatio a creatōe: ꝙ ipa fit ex ente: crea/
tio ex nō ente. Et per btm̄ Auguſtinū li. di
uerſaꝝ queſtionū ad Oroſiū dicentē. Ani
ma p̄mi homis ex nihilo facta eſt. g̃ ex nō
ente. minor ptꝫ. q2 hec eſt vna affirmatiua
cuius p̄dicatū pro nullo ſupponit. quia li
nō ente nō plus ſupponit q̄ꝫ hic terminus
chimera. ita nullo mō pōt aliq̄d eſſe non
p̄ q̄ſito ens. ¶ Pro queſito quo ad p̄mā parteꝫ ꝙ
arguīt 2. regnū creatum poſſit perfici: quo ad ſe to/
tum. pbat̄. quia quotidie fit pfecti⁹. ergo.
ↄña nota eſt. añs ptꝫ p nouaꝝ aniaꝝ rō/
naliū creatōem. Un̄ Aug. libro. x. ſup Ge
neſim. c. xvj. Animas hominū ſigillatim
nouas dat deus: ſꝫ ꝙ ex illis perficiat̄ to/
tū vniuerſum. ptꝫ quia habet totā pfecti/
onē quā ante: ⁊ cū hoc plus. ſcꝫ. pfectōem
arguīt 3 noue anīe rōnalis. ¶ Tertio arguit̄ ꝙ poſ/
ſit et̄ in ſingul'ſuis ptib⁹ pfici. q2 in ſingul'
partib⁹ pfecti⁹ erit poſt diē iudicij. igit̄. cō
ſeq̄ntia nota eſt. pbat̄ añs. q2 tūc erit lux
lune ſic lux ſol' ⁊ erit lux ſolis ſeptupli ſicut
lux ſepteꝫ dieꝝ. Eſaye. xxx. ⁊ ad hoc ſequi
tur omniū corpoꝝ pfectius lumē. g̃ quod/
libet corpus poſt illū diē erit pfectius: ſed
nō min⁹ vid' ⁊ de ſpūalib⁹: q2 magis eſt de
us ſollicit⁹ de pfectōne ſpūali q̄ꝫ corpali. g̃
ſup. añs eſt verum. ¶ Sed p ſuppoſito ꝙ ſit a
arguīt 4 liqđ regnū creatum habet̄ Gen̄. in princi/
pio. cum đr. ꝙ in p̄ncipio creauit de⁹ celū
id eſt ſpūalē creaturā. ⁊ terrā. i. corpoream
creaturā. vt dicit btūs Aug. ⁊ Ecci. xviij.

Qui viuit in eternū creauit oīa ſimul. g̃
eſt aliqđ regnū creatū. ¶ Sed in ↄtrium q̄/ ↄ q̄ſituꝫ
ſiti eſt textus ibidē. c. ij. vbi đr. Igit̄ perfe/
cti ſunt celi ⁊ terra: ⁊ oīs ornatus eorum
modo pfecto n̄ pōt fieri additio: vt dic̄ cō
mentator p̄mo celi. ⁊ phus. v. meth. In q̄
ſtione erunt duo articuli. p̄mus erit de q̄ſi
to. ſecundus de ſuppoſito.

Quantum ad pri/
mū noto: ꝙ per regnū creatum itelligo vni
uerſitatē entium depēdentiū: de quo ad me Arti. 1
lioratōem totius dixi ſup̄ queſtio. xlij. pri
mi libri mota circa diſtinctōem. xliij. illi⁹
in qua magiſter tractat illā materiā ar. ij.
eiuſdē. ⁊ ideo nō plus de hoc hic: ſꝫ ſoluꝫ de
partib⁹ an ſingule poſſit augeri vel minui
in pfectione: ſequēs erit ſermo. ¶ Scđo p̄ Notā. 2
mitto ꝙ partes vniuerſi depēdentis ſunt
duplices. quedā ſunt ſbſtātie. quedaꝫ ac/
cidētia. Item ſbſtantiaꝝ quedā ſūt corpo
ree. quedā incorporee vt ſatis habet̄ a phi
loſopho. 4. meth. ſcđa hr̄ ab eo. xij. meth.
¶ Tertio noto ꝙ pfectōem augeri vel mi/ 3
nui pōt intelligi dupl'r. Uno mō extenſiue
vt ꝙ ſit plus extenſa q̄ꝫ ante: vel in indiui
duo vno: vel in ſpē vna. q2 in ſuis ſuppoſi
tis magis multiplicata. Alio mō intenſi/
ue. puta q2 eſſet vno tempe intēſior: ⁊ alio
modo remiſſior. ¶ Quarto noto ꝙ ſolū lo
qui volo de pfectoe eſſentiali rei: nō de ac 4
cidētali. q2 de illa manifeſtū eſt ꝙ pōt in/
tendi ⁊ minui in mľtis. poteſt em̄ pfectio
hominis in ſciētijs ⁊ virtutib⁹ minui ⁊ au
geri ¶ Quinto noto ꝙ vniuſcuiuſq3 rei ſua
perfectio eſſentialis in eodē ↄſiſtit in quo 5
ſuum eſſe. Hec fuit p̄ma ↄcluſio ſcđi arti.
in p̄mo meo p̄ncipio: ⁊ ideo nō probo eaꝫ h̄
¶ Sexto ego ſuppono cū pho in p̄ntis. ⁊ i
p̄mo phiſicoꝝ: ꝙ nulla ſbſtantia pōt intē/ 6
di vel remitti. Iſtud etiā nō probo hic. q̄a
fortaſſis alias de hoc erit ſmo. ¶ Septio
ſuppono ꝙ plurime res forte accidētales 7
in ſua eſſentia pn̄t intendi ⁊ remitti. ptꝫ p
phm in p̄nto q̄litatis: dicētis. ꝙ q̄litas ſu
ſcipit magis ⁊ min⁹. Et btūs Aug⁹. dic̄ ꝙ
charitas meret̄ augeri: vt mereat̄ pfici. Di
ſcipuli etiā in euāgelio orabant dicentes
Dn̄e adauge nob' fidē. ⁊ g̃ hec oīa vidē
tur catholice ⁊ philoſophice dicta. ¶ Oc/
tauo ſuppono. ꝙ intenſio in qualitatibus 8
remanētib⁹ fit per additōeꝫ gradus ad g̃/
duꝫ. h̄ ↄſueuit pbari in phiſica: ⁊ in q̄ſtie

Cõclo. 1 nibꝫ de charitate poſtea ꝓbabit. ¶ Illis p̄
miſſis ſit ꝓma concluſio hec. Licꝫ nullius
ſbſtantie indiuiſibilis ꝑfectio nec intenſi-
ue nec extẽſiue augeri poſſit nec minui: ni-
hil tamẽ ꝓhibet ſbſtãtie corporee ꝑfectio-
nẽ: que intẽſiue nec maior nec minor eẽ pt
in quibuſdã plus vel minus extendi. pri
ma pars ptꝫ. qꝛ ſbſtãtia indiuiſibilis nõ
põt extendi plus vel minꝰ. cũ nõ habeat ꝑ
tes. ergo nec eius ꝑfectio. ꝯña tenet ꝑ qui
tũ notabile. qꝛ ꝑfectio angeli eſt ipe ange
lus. Item ſcõa pars ꝛ tertia patẽt. qꝛ ſbſtã
tia nõ ſuſcipit magis nec minꝰ. ꝟ intẽſiue
nõ põt fieri maior. vel minor. ꝯña nota ẽ.
añs eſt ſexta ſuppoſitio. Quarta pars ꝙ
alique ſbſtantie poſſunt extendi ꝛ minui.
Dubia ptꝫ in viuentibꝫ. ¶ Sed forte dicet. vtrũ
ne ſemꝑ ſba extẽſiue ꝑficiet cũ ipa plus ex-
tendit. Scdõ vtꝝ ſbſtantie corporee per-
petue. vt celũ ꝛ ꝓma materia poſſint plus
Ad 1 extendi. ¶ Ad ꝓmã dubitatõnem dico ꝙ
cum ſba plus extendit ꝑ natural' q̃ntitat̃
debitũ additamentũ: ſic fit in viuentibus
ꝙ tũc extẽſiue ꝑficit. notũ em̃ eſt ꝙ extẽſiue
ꝑfectior eſt hõ: qñ ſue q̃ntitatis naturalem
terminũ attingit: ꝙ̃ quãdo adhuc conti-
nue ad illũ terminũ tendit vel qñ ab eo de
ficit. Scdõ dico ꝙ bene ſtat aliq̃d extẽdi
quãtitatiue ꝑ rarefactõem vel laxatõez vl'
in naturalẽ aliã extenſionẽ: ꝛ nõ ꝑfici extẽ-
ſiue. immo forte imꝑfici eo ꝙ illa extenſio
Ad 2 repugnat forſitan nate indiuidui ¶ Ad ſe
cundã de celo ꝛ de materia ꝓma ſatis dcm̃
eſt in dicta queſtio. xliij. ꝓmi. ¶ Scda cõ
Cõclo. 2 cluſio. multaꝝ q̃litatũ eſſential' ꝑfectio pt
intendi ꝛ remitti. ꝓbat ſic. qꝛ om̃is forme
gradualis que nõ eſt ſũma eſſential' perfe-
ctio põt augeri ꝛ minui. ſꝫ multe qualitates
ſunt forme gduales: ꝛ nõ ſũme. igit. ꝓbat
maior. qꝛ forma gradualis nõ ſũma pt in
tendi ꝛ remitti. vt caliditas. ꝛ ꝟ cũ ipſa ſit
ſua ꝑfectio. vt dcm̃ eſt in. v. notabili. pꝫ ꝙ
etiã ſua ꝑfectio põt intendi ꝛ remitti. poſ-
ſet em̃ de q̃libet tali expoſitorie h̃ probari.
Confirmat. qꝛ quero quid ſit eſſential' per
fectio caliditatis remiſſe: ſi dicis ꝙ ẽ ipſa
tunc cũ ipa põt augeri vel minui. vt dictũ
eſt in ſuppoſitõe ſeptima: ſequit ꝙ ꝑfectio
et nõ põt dici ꝙ ſua ꝑfectio ſit aliud ꝙ̃ ipa
per q̃ntũ notabile. ¶ Correlariũ in formis
Correl. gradualibꝫ nõ oꝑtet oẽs formas eiuſdem
ſpẽi ſpẽaliſſime eſſential' eſſe eiuſdẽ ꝑfectio
nis eſſentialis. qꝛ nõ om̃es habent eque ꝑ

fectum eſſe. qꝛ q̃ amplius accedit ad gdũ
ſummũ: ꝑfectius habet eſſe: ꝛ ergo etiam
habet maiorẽ ꝑfectõem eſſentialẽ: ꝑ q̃ntũ
notabile. cum idem ſit eſſe rei et ſua per-
fectio. ¶ Scdm̃ correlarium. Multe tali- Corr. 2
um poſſunt augeri ꝛ minui extẽſiue ꝛ intẽ
ſiue. ptꝫ ꝙ intenſiue ꝑ ꝯclõnem: ꝛ in q̃lita-
tibꝫ multis ad eaꝝ intenſionẽ ſi ſint rare-
factiue: ſequit eaꝝ extenſio ꝛ ad eaꝝ remiſ
ſionem ſequit eaꝝ diminutio: ꝓpter cõdẽ-
ſationem: oppoſito mõ eſt ſi ſint conden-
ſatiue. ¶ Tertia ꝯcluſio. aliquaꝝ partiuꝫ Cõclo 3
vniuerſi ꝑfectio nequit augeri vel minui:
extẽſiue. põt tñ intẽſiue. ptꝫ ꝯcluſio de q̃li
tatibꝫ anime intellectiue: vel etiã volũta-
tis. he em̃ nequeũt extendi cum ſint in ſb-
iecto indiuiſibili: pñt tamẽ intẽdi ꝛ remit-
ti. vt ꝟtutes ꝛ ſcientie. ¶ Correlariũ reſpõ- Corre-
ſale. partiũ regni creati ꝑfectio in quibuſ- ſpõſale
dam nec intẽſiue nec extẽſiue põt augeri
nec minui. In quibuſdã põt extẽſiue: ſed
nõ intenſiue. in quibuſdã põt intenſiue:
ſed nõ extẽſiue: ꝛ in quibuſdã põt ꝛ inten
ſiue ꝛ extenſiue. Pria ꝑs pꝫ per ꝓmã ptẽ
ꝯclõnis ꝓme de ſbſtãtijs indiuiſibilibꝫ. ſe-
cunda ꝑs per ſcdãm partẽ eiuſdẽ. tertia ꝑs
ptꝫ per ꝯclõnem tertiã. ꝛ quarta ꝑs pꝫ per
correlariũ ſcdm̃ ꝯclõnis ſcde. ſ. de qualita-
tibꝫ ꝓmis ꝛ alijs hmõi: que pñt intendi ꝛ
extendi. Hoc de ꝓmo ar. ꝛ de q̃ſito.

Quantuꝫ ad ſecũ-
dum articulũ reſtat videre de ſuppoſito. Ad 2 ar
Ubi ꝓmo videre volo: vtrũ ſit aliquod ꝓ ti. octa
mũ ꝓncipiũ entiũ? Scdõ. vtrum hoc lu- ſũt q̃ſita
mine naturali ſit ꝓcedendũ. Tertio. dato
ꝙ ſit: vtrũ hoc ſit omniũ alioꝝ productiũ.
Quarto: an poſſit creare? quid ſit creare ꝛ
quõ differat a gñare? ꝛ ibi de q̃ſito. Et quĩ
to: an in lumine naturali regnũ creatũ ſit
ponendũ. ¶ Quo ad ꝓmũ eſt aduertẽdũ: Nota
ꝙ ſi eſſet ꝓceſſꝰ i ĩfinitũ in cauſis eſſentiali
ter ſbordinatis efficiẽtibꝫ: tũc nullũ eẽt pri
mũ ꝓncipiũ efficiens entiũ. ptꝫ. qꝛ in infi-
nitis nullũ eſſet ꝓmũ: ſed om̃ia eſſent me-
dia. vt habet. ij. meth. Item ſi eſſent duo
entia indepẽdentia: tũc nullũ eſſet ꝓmuꝫ
ꝓncipium omniũ entium alioꝝ. vt notuꝫ
eſt. ¶ Scdõ eſt notandũ: ꝙ de iſto ꝓmo di- Nota
ctũ eſt q̃nta q̃ſtione ꝓmi circa diſtinctõez
ſcdãm ꝛ tertiã. ꝛ tacte fuerũt rõnes q̃s poſ
ſent pro ſe facere. Manicheus cũ ſuis ſeq̃
cibꝫ volens eſſe duo ꝓncipia. vnũ bonoꝝ

et aliud maloꝝ: atq; ſolutę. ⁊ ido de hoc h̄
Cõclo. 1 breuiter eſt tranſeundũ. ¶ Quibꝫ pmiſſis
eſt pma ɔcluſio. Firmiter eſt credendũ et
rõne naturali põt probari: ſolum eſſe vnũ
pmũ pncipiũ omniũ entiũ alioꝝ in gene-
re cauſę efficiẽtis. Iſta fuit ibidẽ poſita ⁊
pſuaſa. Et põt probari rõne phi. ij. meth.
ſic. quia ſi nõ: hoc vel eſſet qꝛ pcederet̃ i in
finitũ in cauſis eſſentialiter ſbordinat̃. vl'
qꝛ eſſent duo pncipia: in cauſis ſbordina
tis finitis. ⁊ nullo modoꝝ põt dici. igitur.
maioꝛ pꝫ p pmũ notabile: et minoꝛ q̃ ad
primã partẽ. ſcꝫ ꝙ nõ ſit pceſſus in infini-
tum. pbatur rõne phi in loco pdicto. q̃a ſi
infinitę eſſent cauſę eſſentialiter ſbordina
tę ſic ꝙ poſterioꝛ nõ poſſet eſſe nec agere ni
ſi cum poꝛe: ipę nõ eſſent ſbordinatę. ergo
nihil pduceret. ḡ nihil fieret. ɔñę notę ſũt:
et añs probat̃ ex mẽte phi ibidem. qꝛ nlla
poſſet aſſignari ratio ordinis. igit̃. pꝫ añs
qꝛ ille ordo nõ poſſet ſeipſum facere. qꝛ ni-
hil facit ſe. nec pma cauſa eũ faceret: quia
nulla eſſet pma in infinitis. Nec poſſet po
ni a caſu: cuꝫ eſſet ſp: nec ꝙ aliq̃ cauſa me-
dia eũ faceret. qꝛ media in eſſentiali ſuboꝛ
dinatis nõ eſt cauſa ſupioꝛis. Nec poſſet
dici ꝙ ille ordo eſt a nullo. qꝛ omĩa q̃ ſunt
in eo ſũt ſbordinata. ḡ oportet põnere aliq̃ꝫ
cãm et rõnem ordinis. ḡ nõ eſt poſſibile ꝙ
Confir. ſit ſbordinatio. ¶ Cõfirmat̃. qꝛ ſignat̃ tri-
bus cauſis inter tales infinitas: inter illas
null⁹ eſt ordo. ḡ nec inf̃ infinitas. ɔña no-
ta eſt. qꝛ magis eſſet ordo in tribꝫ eaꝝ q̃ꝫ i i
finitis. pꝫ añs. qꝛ ſignatis tribꝫ eaꝝ. vt a.
b. c. nõ pl'es cauſę ſunt ſup vnã eaꝝ: q̃ꝫ ſu-
per quãlibet aliaꝝ. ḡ nõ ſunt ſboꝛdiatę. ɔſe
quẽtia videt̃ nota. qꝛ in ſbordinatis infe-
rioꝛ habet pl'es ſup ſe. ⁊ añs pꝫ. qꝛ quęlibet
eaꝝ haberꝫ infinitas ſup ſe: quibꝫ nlla ſũt
Ad. 2. partem. plura. Scda pars minoꝛis fuit i dicta quę
ſtione pbata. ſcꝫ ꝙ nõ ſunt pl'a pma effici
Cõclo. 2 entia independentia ¶ Scda ɔcluſio quo
ad ſcðm mẽbꝛũ ſalis ꝙ licꝫ lumine naturali cõ
uincibile ſit eſſe vnũ pmũ qð eſt cauſa om
niũ alioꝝ efficiẽs pducens vel ɔſeruãs. tñ
nõ eſt in eo deducibile ꝙ ſit omĩa pducens
de nõ eſſe ad eſſe. Prima ps eſt ɔcluſio p-
cedens. Scda ps pbat̃. qꝛ in lumine na-
turali nõ eſt deducibile ꝙ materia pma ſit
pducta de nõ eſſe ad eſſe. igit̃. ɔña nota eſt
et añs pbat̃. qꝛ vel p gñatõem: ⁊ hoc non:
qꝛ ipa eſt ingñabil'. vel p creatõem. ⁊ h̄ nõ.
qꝛ creatio in lumine naturali nõ põt pba
ri eſſe poſſibilis. vt pðſt dicet̃. Eodẽ mõ poſ
ſet argui de celo ⁊ alijs mltis: q̃ in lumine
naturali ponunt̃ pꝑtua. ſic de mũdo. de cę
lo. de intelligẽtijs mouẽtibꝫ. ⁊ alijs hmõi.
¶ Correlariũ. q̃uis in lumine naturali po Corre. 1
nat̃ vnũ pmũ a quo omĩa hñt eſſe: ad mĩ⁹
via ɔſeruatõis: tñ nõ ponit̃ in illo lumine
ꝙ omĩa ab illo pmo habent eſſe via pdu-
ctionis de nõ eſſe ad eſſe. Prima ps pꝫ. qꝛ
ñ ẽ poſſibile ẽ naturale lumẽ ſolũ inſeq̃n
do ꝙ ſint plura indepẽdẽtia: p pmã partẽ
ɔcl'onis ⁊ p ɔcl'onem pmã ⁊ eius pbatõeꝫ
Et p dicta in q̃ſtione pmi libri de vnitate
dei. Scda ps patꝫ ex ſcda parte ɔcl'onis.
¶ Scðm correlariũ. phs purũ lumen na Corre. 2
turale ſequẽs poneret pl'a pma in diuerſ
generibꝫ cauſaꝝ. ptꝫ. qꝛ poneret pmũ inde
pendẽs ⁊ pmũ in gñe cauſę material'. p ſe-
cundã partẽ ɔcl'onis. ¶ Tertiũ correlariũ. Corre. 3
auctoritates phi pmo celi: qua dicit: ꝙ a p
mo ente omĩbꝫ deriuatũ eſt eſſe. ⁊. xij. meth
ꝙ a deo depẽdet celũ ⁊ tota natura: intelli-
gende ſunt ɔſeruatiue ab ęterno reſpectu
pmę materię: ⁊ p intelligentiaꝝ celeſtiũ ⁊
ſpheraꝝ celeſtiũ. Et ꝙ hęc ſit mens philo
ſophi. ptꝫ pmo celi: vbi ſtatim pðſt dic. ꝙ
extra celum ſũt entia optimã vitã ducẽtia
quã perficiũt ex toto ęterno. ḡ ponit pl'a en
tia ęterna a pte ante. ⁊. xij. meth. põit tot i-
telligẽtias motrices quot mot⁹ celeſtes. q̃ſ
omẽs ponit ęternas: licet ɔſeruatiue depẽ-
dentes. ¶ Sed ɔ dicit q̃dã doctor ſic. om obiectio
ne qð ſibi derelictũ ẽ nõ ens: pſuppõit cau
ſam pductiuã. ſed omẽ qð eſt citra deum
eſt hmõi. ḡ. maioꝛ videt̃ nota. ⁊ minoꝛ pꝫ.
qꝛ nihil citra deum poſſꝫ remanere niſi cõ
ſeruatum ab eo etiã in lumine puro natu
rali. ¶ Cõfirmat̃ ſic. qꝛ in lumine naturali Confir.
ɔcedendum eſt ꝙ deus entia libere conſer-
uat. ḡ ꝙ põt nõ ɔſeruare. ḡ poteſt eſſe ipſe
ſolus. ptꝫ vltima ɔña: ſi nihil aliud cõſer
uaret. ⁊ pꝫ pma. quia q̃cq̃d aliq̃d libere fa
cit põt id nõ facere. ⁊ ptꝫ pmũ añs. qꝛ agit
per intellectũ ⁊ voluntatẽ. xij. meth. ḡ libe-
re. ¶ Item abſurdum eſſet dicere ꝙ coacte
tũc vltra: poſſibile eſt ꝙ nihil ſit niſi deus 2
ergo materia põt deficere a pte poſt. ḡ põt
incepiſſe a pte añ p pceſſum phi pmo celi
qꝛ quicquid eſt ingñabile etiã eſt incorru-
ptibile. nec imagiatio capit ꝙ aliq̃d ſit ne
ceſſariũ a pte añ: ⁊ ɔtigẽs a pte p⁹. ¶ Pro
ſolõne iſtoꝝ eſt notandũ ꝙ duplex eſt liber Notã.
tas. ſcꝫ complacẽtię. i. q̃ aliq̃d pducit rem

ſuę proprię bonitatis gratia. qꝛ cōplacet
ſibi in ꝓducto. Alia eſt libertas oppoſitio
nis. qua aliq̄d ꝓducit rem ſic ꝙ oībꝫ alijs
eodem mō ſe habētibꝫ poſſet ipam nō pro
ducere. ſic hec dicta fuerūt. x. queſtio. ṗmi

Notā.2 ꝑ ſolone illaꝝ obiectionū

libri. ¶ Scḋo eſt notandū ꝙ phs in puro
lumine naturali diceret: qꝛ creatōem ꝛ an
nihilatōem nō ponit: vt poſt dicet ꝙ deus
ab ęterno ꝯſeruat res: vel ęternalr in eē cō/
ſtituit: libertate ꝯplacentię. nō ꝙ habeant
eſſe poſt nō eſſe: eo ꝙ ſemꝑ fuerūt. Uñ ſm
eum nō ſūt facta: nec ꝓducta proprie: pñt
tñ dici ęternaliter in eſſe ꝯſtituta: vel ęter
nalr ſeu coęterne deo ꝓducta: eo ꝙ ęterna/
liter a deo emanata. Queadmoduꝫ ſi ſol
et ſua lux eſſent ęterna: etiā ęternū eſſet lu
men circa ſolē: ꝛ eſſet a ſole ęternalr effecti/
ue vel ꝓductiue ſine initio. nō tñ eſſet fa/
ctū ꝓprie vel ꝓductum ex tpe: cū nō habe/
ret eſſe poſt nō eſſe. Sic ponit phs lumen
naturale inſeq̄ns: ꝙ deus naturali ſua bōi/
tate ęternalr res in eſſe ꝯſtituit: nō liberta/
te oppoſitōis. qꝛ hāc Ariſtoteles vl' lumē
naturale reputat includere mutabilitatē:
et ſm alias ꝛ alias circūſtātias poſſe alr ꝛ
aliter agere ꝛ deliberare. Uñ ꝯmētatoꝛ. viij
phiſi. a volūtate antiq̄. i. dei. non fit actio
noua. Sꝫ libertate ꝯplacētię qua ſuįpi⁹
gratia vult alijs benefacere. Et ꝙ hęc fuit
mēs phoꝝ magis ꝓbabiliter loquētiū: pa
tet ꝑ btm̄ Aug. x. de ciui. dei dicentē. ꝙ pho
rum ponētiū ęternitatē mūdi fuit duplex
opinio. Quidaꝫ em̄ poſuerūt ꝙ ſbā mūdi
nō ſit a deo: ꝛ hoꝝ eſt intolerabil' erroꝛ: ꝛ ex
neceſſitate refellit. Quidā aūt ſic poſuerūt
mūdū ęternū ꝙ tñ mundū a deo factuꝫ di
cerēt. intellige emanatū: nō ꝙ habūit eſſe
poſt nō eſſe. ſequit: nō em̄ mūdū tpis initi
um volūt hr̄e: ſꝫ ſuę creatōis initiū id eſt.
ſuę emanatōis: vt quodā mō vix intelligi
bili ſemꝑ ſit factus. i. ſꝑ in eſſe ꝑfecto cōſti
tutus. Uolūt em̄ ꝙ deus ſit cauſa efficiens
mūdi ſibi coęterni: ſicut ęterna lux eēt ęter
ni luminis. nō ꝙ fecerit eū vel ꝓduxerit de
nō eſſe in eſſe. ſemꝑ em̄ fuerit: ſꝫ ꝙ euꝫ gra/
tia ſuę ꝓprię bonitatis ęternaliter ꝓduxe/
rit tanq̄ ab eo manātē. ¶ Forte dices. i lūi

obiectio ꝯ ſolonē dictā in ꝯrium.

ne natali ponit mūd⁹ ętnalr ꝓduct⁹. ḡ de
us eſt cauſa mūdi ꝛ oīm alioꝝ ꝓductiue.
qḋ eſt ꝯ ꝯclōnem tuā. ℞. ꝙ facere ꝓprie di
cit rem ꝓducere: q̄ ante nō fuit. ꝛ ita ꝓdu/
cere effectiue. ꝛ qꝛ mund⁹ in lumine natu/
rali ſꝑ ponit fuiſſe: nō dꝛ factus: nec effecti
ue ꝓductus. ſed magis ſꝑ conſeruatus: vl'
ęternaliter emanat⁹. vt ſi pes ęternalr ſte/
tiſſet in harena: veſtigiū eſſet a pede. ſꝫ nō
ꝓprie factū nec effectiue ꝓductū. qꝛ nullo
tpe factū: ſꝫ potius emanās ęternalr a pe/
de. Et iḋo negat ꝯña deus ęternalr produ
cit mundū: ḡ eſt ꝓprie producēs. nihil em̄
in lumine naturali vocaret ꝓprie ꝓducēs
niſi ꝙ facit rem eſſe poſt nō eſſe: ſꝫ ęternalr
ꝓducens cōſeruans appellat. Poſſet tñ q̄
vellet ꝯcedere in lumine naturali: ꝙ deus
eſt ꝓducens ꝛ efficiēs mūdū coęue ꝛ coęt/
ne ſibi: ſꝫ nō de nō eſſe ad eſſe. Et in theolo
gia fere eſt ſilis mod⁹ de ęterna filij gñatio
ne. dicim⁹ em̄ prēm ꝓducere filiū libertate
cōplacentię: ſꝫ nō oppoſitōis. vt dictū fu
it in queſtione. x. ṗmi libri. nō tñ eſt tota/
liter ſile. qꝛ deus ponit cauſa efficiēs vel cō/
ſeruās mūdi: nō aūt pater filij. ¶ Per hęc

Ad .1. obiectionem

m̄ deſ ad rōnes. ¶ Ad ṗmā diceret phs vt
puto: ꝙ ęterna ſeu coęterna deo ſic intelli/
gentię vel materia: nō poſſūt ſibi derelinq̄
qꝛ reputaret annihilatōem impoſſibilem
ſic creatōem. diceret em̄ ꝙ deus neceſſitate
ſuę ꝓprię bonitatis ęternalr vellet tlia cō
ſeruare: nec alr poſſet velle. ꝛ iḋo nō ꝓſup/
ponūt talia cām producentē de nō eſſe in
eſſe: ſꝫ ꝯſeruantē ꝛ ęternaliter dantē eſſe: ſi
cut ęternū lumē ęternā lucē. vñ ad formā:
minoꝛ catholice itellecta ē negāda. qꝛ ſup/
ponit: ꝙ oīe ens aliud a deo pōt ſibi dere
linqui. ħ lumē naturale nō pōit: q̄uis ca/
tholice veꝝ ſit. ¶ Ad ꝯfirmatōem diceret

ad ꝯfir.

ꝙ deus libertate ꝯplacētię entia libere ꝯſer/
uat: ꝛ nō libertate oppoſitōis. ꝛ ſic rō non
procedit. ¶ Tertia ꝯcluſio eſt. ꝙ ſic catho

Cōclo.3 tertia

lice oīe ens citra deū a deo factū ponitur:
ita in lumine naturali oīe qḋ fit etiā pro
ductiue a deo fieri dꝛ. Prima ꝑs ptꝫ per il/
lud Geñ. ṗmo. In ṗncipio fecit deus cęlū
id eſt ſpūalē. ꝛ terrā. i. coꝛꝑalem creaturaꝫ
Et Joh. j. Omia per ipm facta ſūt. Sꝫ ſe
cūda pars ꝓbat. qꝛ in lumine naturali po
nit deū actiue mouere cęlū. ḡ oīe qḋ fit ꝓ/
ducere effectiue. tenꝫ ꝯña. qꝛ illo motu di
cit phs: oīa quę gñant ſeu fiūt: fieri. pri/
mo metheoroꝝ in ꝓlogo. neceſſe eſt hunc
mundū inferiorē eſſe cōtiguū lationibꝫ ſu
perioribꝫ: vt tota eius ꝟtus inde gubnet. ꝛ
ij. cęli idem. ij. de gñatōne idem. añs ptꝫ ꝑ
phm. xij. meth. dicentē. ꝙ numer⁹ ſbarum
ſeparataꝝ ē iuxta numeꝝ motuum cęleſtiuꝫ
Et phs. xij. meth. ꝓbat ṗmū motorē mo/

uere in.v.c.effectiue.ꝛ poſt in eodē.c. pro/
bat ꝙ iſte motoꝛ eſt deus.ꝛ ſunt plīme au/
ctoritates cōmētatoris ad h.xij.metha. ꝛ
viij.phiſi. Et probaṫ rōne.qꝛ vl' deus mo/
uet pmū mobile:ꝛ habeṫ ppoſitū. vel ali/
quis motoꝛ ſb ipo.ꝛ ſi ſic.vl' hūc dirigit de
us ſuo intellectu ꝛ volūtate ad ſic mouere
et ſi ſic:tunc deus pncipali⁹ mouet primū
mobile q̄ ipe:eo ꝙ ipe nō mouet niſi put
determinaṫ itellectu dei ꝛ volūtate ad mo
uere. Itē tunc fruſtra poneretur ali⁹ motoꝛ a
deo pro motu pmi mobilis .ꝛ ptꝫ ꝯn̄a.qꝛ
eadē facilitate intellect⁹ ꝛ volūtatis q̄ di/
rigit motorē ad ſic mouere:dirigeret mobi
le ad ſic moueri . Vel dices ꝙ nō dirigit ꝛ
ſi ſic tūc ille motoꝛ poſſet p ſe ſufficieṫ mo
uere ſine directōe pmi.nō ergo depēderet
in mouēdo a pmo:qꝺ in lumine natura/
li eſt abſurduꝫ.ꝛ plīme alie rōnes ad hoc
ſolent fieri.xij.meth.de quibꝫ nō eſt ad pre
Corre.1 ſens.¶ Ex pma parte ꝯclōnis ſequiṫ ꝙ ſo/
lū eſt vnū neceſſe eſſe ſiue neceſſariū. vocā
do neceſſariū ſimpliciter qꝺ nō pōt nō eſſe
Corre.2 ptꝫ.qꝛ oīa alia ſūt a deo pducta. ¶ Se/
cundū.ꝙ q̇cquid nō eſt deus eſt ꝯtingenſ
Corre.3 eſſe.ſequiṫ ex eodē.qꝛ qn̄qꝫ nō fuit.¶ Ter/
tiū.ꝙ q̇cquid eſt ꝛ nō eſt deus:eſt ex gr̄a ꝛ li
bera volūtate dei ꝯſeruātis.ptꝫ.qꝛ vl' ſic. et
habeṫ ppoſitū.vel eſſet ex debito iuſticie.ꝛ
hoc nō.qꝛ de⁹ nequit eſſe pprie debitoꝛ ad
cōſeruare.qꝛ licet angelū ſtantē i bono cō/
firmauerit:eo ꝙ ſe ad deū cōuerterit:tamē
in h deū nō fecit ſuū debitorē.qꝛ ꝙ ſe ad de
um cōuertit h ei deus gratioſe ꝯceſſit cū eo
ad illā cōuerſionē coagēdo ꝛ volūtatē ſuā
ad hoc pueniēdo.vel ex neceſſitate nature
et hoc nō:p correlariū pmū.ꝛ ptꝫ p apl'm
pme ad Corinth.iiij.c. Quid habes qꝺ n̄
obiectio accepiſti?¶ Sꝫ ꝯtra ſcdāꝫ ptē ꝯclōnis pt
inſtari.qꝛ.ij.de celo dicit phs: ꝙ optimuꝫ
nō indiget actiōe.mō deus eſt optim⁹.xij.
meth. Cōfirmaṫ.qꝛ nobiliſſimo enti cōpe
tit nobiliſſima actio.mō actio trāſiens nō
eſt nobiliſſima ſꝫ magis imanens. Scdo
q̇a vel moueret libere:vel neceſſario. ſi ne/
ceſſario:tūc oīa euenirēt de neceſſitate.ſi
libere oppoſitōis libertate:tūc poſſet non
mouere ꝛ ſic poſſet nō efficere:ꝛ ex ꝯn̄ti mo
tus celi ceſſare.qꝺ in lumine naturali non
poniṫ. Tertio.qꝛ de⁹ eſt gr̄a cuiuſ eſt actio
g ipe nō facit actōem.tenet ꝯn̄a per phm
xij.meth.ſic dicentē.ꝙ oīs actio ꝯſiſtit i
duobꝫ:quoꝝ vnū eſt gratia cui⁹.ꝛ alid ḡ/
tia hui⁹.g qꝺ agit nō vīꝺꝛ eſſe:gratia cui⁹
eſt actio. Quarto.qꝛ naturalr nō videṫ cō
cedendū ꝙ ab eodē ſimpliciſſimo ſint plu
ra diuerſaꝝ ſpēruꝫ in eodē genere cauſe.ſꝫ
manifeſtū eſt ꝙ a deo eſt pma intelligen/
tia poſt ipm effectiue ꝯſeruatiue.g nō ē a/
ctio pductiua.¶ Cōtra pmū correlariū ar Ɔ.1.corr.
guiṫ ſic.nō implicat ꝯdictōeꝫ:eſſe aliꝺ ne/
ceſſe eē q̄ deū .g deus pōt hoc facere.ꝯn̄a
tenet ex dictis in q̄ſtio.de oīpotētia:circa
diſ.xix.ꝛ.xx. pmi.ꝛ an̄s ptꝫ.qꝛ phs poſuit
multa neceſſe eſſe:ꝛ tn̄ non videṫ ſua poſi
tio implicare.¶ Scdo ꝯ ſcdm.qꝛ ſi tota ſcdo ꝯ 2.
vniuerſitas depēdentiū eſſet ꝯtingēs eē:ſe/
quereṫ ꝙ tota poſſet nō eſſe:pquid nomiſ
cōtingētis.falſitas ptꝫ.qꝛ eadeꝫ rōne tota
latitudo ꝯtingentiū poſſet eſſe:ſic ꝙ nihil
vltra poſſet pduci:pbat ꝯn̄a qꝛ eſſe ꝛ non
eſſe ſūt oppoſita.ꝛ g habēt fieri circa ideꝫ.
Et ex alio.tam cōtingens eſt res ad eſſe ſi
cut ad nō eſſe. Tertio ꝯ idem. qꝛ vl' oīa
eſſent equaliter ꝯtingētia.ꝛ h eſt abſurdū
qꝛ magis cōtingēs eſt foliū vitis q̄ maria
pma que nunq̄ corrūpiṫ.vel vnū eēt ma/
gis cōtingens q̄ aliud.cōtra.qꝛ oīa eq̄li
ter depēdent ex lib'a volūtate dei.g eq̄liter
ꝯtigeṫ habent eſſe. Itē oīa poſſibilia ſūt
equaliter poſſibilia.g oīa cōtingētia ſūt
equal'r cōtingentia.an̄s videṫ notū. quia
oīm poſſibiliū eſt vna definitio. Itē tertio
qꝛ oīa ipoſſibilia ſūt equal'r impoſſibilia
g.ꝯn̄a tenet. qꝛ cōtingēs ꝛ impoſſibile ſūt
oppoſita.¶ Quarto ꝯtra tertiū correlariū q̄rto ꝯ.3
qꝛ q̄libet in charitate mortu⁹ habet vitam
eternā:de rigore iuſticie.g nō ex gr̄a.conſe
quētia tenet p apl'm ad Rom.ſi ex merito
vel debito:nō ex gr̄a. an̄s ptꝫ per pabolaꝫ
ſaluatoris. Math.xx. qꝛ denarius diurn⁹
ꝛc.dicit debit⁹ ex cōuentōe facta cum opa
rijs.g ex debito iuſticie.¶ Hec nō ꝯcludūt
et iꝺo pro ſclōue eoꝝ eſt aduertendū.ꝙ rō p ſolōne
agendi in agētibꝫ incorporeis ſbalibꝫ ē in Notā.
tellect⁹ ꝛ volūtas:iꝺo em motoꝛ incorpo/
reus agit:quia itelligit ſic agere eſſe bonū:
ꝛ qꝛ vult illꝺ bonū eſſe vel fieri. Itē ratio fi
nis gratia cuius ſunt actōnes naturales ē
bonū:ꝛ pſertim optimū qꝺ eſt maxie ama
bile. Vn̄ cū deus pfectiſſime intelligat.vt
dcm̄ eſt in.xij.meth.ꝛ omne bonū qꝺ ē vel
fit velit:iꝺo poniṫ agere ſiue pducere. Se
cūdo inq̄tū ipſe eſt ſūme amabile ꝛ appe/
tibile ſic pōniṫ finis omnis actōnis natu/
ralis:ꝛ ita naturale lumē dirigit ꝯformiṫ

lumini catholico in h̄ ꝙ deus eſt primum
efficiēs. qꝛ ꝑfecte intelligēs ⁊ volens bonū
et ꝙ eſt vltim⁹ finis. qꝛ ſūme bonus ama/
bilis ⁊ deſiderabilis. ¶ Quo p̄miſſo reſpō/
det ad rōnes ꝯ ſcḋam ꝑtē ꝯclōnis factas.
Ad 1 ¶ Ad p̄mā ꝙ deus nō agit qꝛ indiget. ⁊ er/
go nō eſt p̄maria intentōe gr̄a actiōis ad
extra. ſꝫ qꝛ vult alijs ſuā ꝑfectōem impar/
tiri. Unde om̄is cauſa ſcḋaria ⁊ ip̄e ſuam
ad ꝯfir. actōem dirigit in ſeip̄m. ¶ Ad ꝯfirmatio
nē. ꝙ ip̄i deo cōuenit actio imanens. ſcꝫ in/
telligere ⁊ velle reſpectu ſui: ⁊ hec eſt imma
nēs. ſꝫ qꝛ de rōne boni eſt cōicare alijs ſuā
bonitatē. idō ſecūdario cōuenit deo actio
Ad 2 trāſiens emanās ab imanente. ¶ Ad ſe/
cundā dicit catholic⁹ ⁊ vere ꝙ mouet con/
tingenter ⁊ libere libertate oppoſitōis. phi
loſophus in lumine naturali qḋ ſepiſſime
deficit ſicut ⁊ hic dicit ꝙ mouet neceſſario
et cōcedit ꝙ om̄ia que nō depēdent a volū
tate libera eueniūt neceſſario. ſꝫ tn̄ volun/
tatis libere effectus ꝯtingēter eueniūt: ra/
tione ſue libertatis. qꝛ celum q̄uis ip̄aꝫ in
clinet: nō tn̄ neceſſitat. Catholic⁹ vero ve
ritatē ꝓſequens dic̄ ꝙ om̄ia que eueniunt
in ordine ad deū ꝯtingēter eueniūt. quia
poſſet impedire ne fieret. q̄uis effect⁹ natu
Ad 3 rales in ordine ad ſuas cauſas naturalit̄
agētes nō poſſint nō euenire ¶ Ad tertiā.
ꝙ in om̄ib⁹ effectib⁹ deus qꝛ eſt optimū: eſt
finis cui⁹ gratia p̄ncipalit̄ fit effect⁹. Itē
qꝛ eſt p̄ncipale intelligēſ bonū ⁊ volēs ip̄m
eſſe ⁊ fieri eſt p̄ncipale agēs. Et ad ph̄um
qn̄ dicit: ꝙ aliud eſt gr̄a cui⁹: ⁊ aliud ē qḋ
eſt gratia hui⁹. ꝙ loquit̄ de alietate rōnis.
Ad 4 puta ꝙ deus alia rōne dr̄ efficiēs. vt dc̄m
eſt. ⁊ alia rōne finis. ⁊ ita eſt. ¶ Ad q̄rtam
catholic⁹ dic̄ facile ꝙ a deo. qꝛ imenſus ē.
et liber libertate oppōnis infinita diūſaꝝ
ſpērum poſſent eque immediate depēdere.
Sꝫ ph̄s in lūine natāli loq̄ns diceret ꝙ a
deo in gn̄e ꝓducentis imediate depende
ret motus p̄mi mobilis. in gn̄e aūt efficiē/
tis ꝯſeruātis om̄ia ꝑpetua: rōne ꝑfectōnis
virtutis diuine. q̄uis rōne cuiuſdā eminē
tie poſſit dici ꝑfecti⁹ ⁊ imediati⁹ ab eo de
pēdere qḋ in ſe eſt ꝑfecti⁹: nō ꝙ ab eo ime/
diati⁹ ſꝫ qꝛ ip̄m in ſe ē digni⁹. Dictū eſt ḋ h̄
ſatis in queſtiōe xxix. p̄mi in articulo .ij.
ſcꝫ ꝙ deus imediate cōſeruat: etiā loquē/
do naturalr̄ om̄e ꝑpetuū a ꝑte poſt. ¶ Nūc
Ad. 1. rn̄det ad rōnes factas ꝯ corrēlaria. ¶ Ad
p̄mā. ꝙ aliq̄d dr̄ implicare ꝯdictōem du/
plr̄. Uno mō qꝛ ex eo ſūt euident̄ inferibi/
lia ꝯdictoria. ⁊ ſic multa ſūt nō implican
tia que deus nō p̄ot facere. verbi gr̄a. deū
nō eſſe trinū ⁊ vnū: ſic nō implicat. qꝛ nul
lus viator ſciret ex h̄ deducere ꝯdictoria: i/
mo magis ex oppoſita. puta ex articlo tri/
nitatis eſſent deducibilia. Et hoc mōn̄ va
let ꝯn̄a. h̄ nō implicat. ġ deus hoc p̄ot fa/
cere. Scḋo mō aliq̄d dr̄ implicare. q̄a re/
pugnat alicui neceſſe eſſe qḋ q̄libet fidelis
habet ꝯcedere. qꝛ in natura rei hoc oportꝫ
ſemꝑ ſupponere. ſicut iſta. deus nō ē trin⁹
et vn⁹ dicit̄ implicare. Et h̄ mō hec impli
cat ꝯtradictōem. ſūt plura neceſſe eſſe. q̄a
hoc repugnat huic. tm̄ eſt vn⁹ deus libera
te oppoſitōis ꝯſeruās om̄ia alia. Et deta/
lib⁹ valet ꝯn̄a. hoc nō implicat. ġ de⁹ p̄ot
hoc facere. ¶ Ad ſcḋam ꝯcedit̄ an̄s. et qn̄ Ad 2
infert̄. eadem rōne tota latitudo cōtingen
tiū poſſꝫ eſſe: ſic ꝙ non pl'a poſſint fieri. ne
get̄ ꝯn̄a. quia nō eſt ſimile. nulla em̄ p̄t eſ/
ſe tota latitudo poſſibiliū ꝓduci: ſic eſt be/
ne de facto tota latitudo poſſibiliū produ
ctoꝝ. Ad ꝓbatōem p̄mā dicit̄. ꝙ nō opor/
tet ꝯdictoria oppoſita in om̄ib⁹ fieri poſ/
ſe circa idem. vt q̄uis deus poſſit eſſe: non
tn̄ p̄ot nō eſſe. ¶ Ad ſcḋam. ꝙ ita eſt de q̄/ ad aliā
libet re ꝯtingēte. ſed nō ḋ tota latitudīe cō
tingentiū. collectiue loq̄ndo. qꝛ potentia
diuina nō p̄ot eſſe exhauſta: ⁊ idō non eſt
poſſibile: ꝙ om̄ia ꝓducibilia ſint de facto
¶ Ad. 3. ꝙ oia reſpectu volūtatꝫ dei: ⁊ i ordi Ad 3
ne ad eā ſūt eq̄lr̄ ꝯtīgētia ſic̄ et eq̄lr̄ poſſibi
lia ſꝫ in ordīe ad ꝓprias naturas rerū eis
a deo inditas inequaliter ꝯtingūt: ⁊ etiaꝫ
poſſibilia ſūt. qꝛ materiā poſſe nō eſſe nō
p̄ot ex alio cōtingere: niſi qꝛ de⁹ vellet eaꝫ
ꝯſeruare. alia aūt ex ſua natura etiaꝫ deo
volēte ea ſic ꝯſeruare iuxta exigentiā ſuoꝝ
naturaliū a dn̄o deo eis datā h̄nt deficere:
eo ꝙ habēt ꝯ̄triū. vel qꝛ aliud cōſeruans
cū deo iuxta curſum ſolitū correquirit̄ qḋ
nō ſemꝑ cōcurrit. Ad aliā ꝓbatōem cum
dr̄ ꝙ om̄ia impoſſibilia ſūt equalr̄ impoſſi
bilia. Iſta de reb⁹ falſa eſt: de ꝓpōnib⁹ nō
eſt ad p̄ſens. ¶ Ad quartā neget̄ an̄s eo ꝙ Ad 4
deus nō eſt debitor glorie: eo ꝙ dedit gr̄aꝫ
ſed creatura eſt accepta gr̄a magis debens
deo. Ad ꝓbatōem ad ꝑabolā de denario
diurno dicit̄ ꝙ loquat̄ de debito ſequente
legem miſericordie ⁊ clemētie diuine et nō
de debito rigoris. Hoc de ſcḋa ꝑte huius Ad aliā
articuli. ¶ Quo ad quartā ꝑtem dicēdū ē quartā

p̄mo ſm mgr̄m.c.ij.p̄me diſtinctōis ſecū/
di.ꝙ creare eſt aliq̄d de nihilo ꝑducere.et
ponit̄ ſepe ⁊ a mgr̄o quaſi eſſet affirmatia:
creare eſt producere aliquid de nihilo. A
lij dicūt ex nihilo:⁊ eſt idem ſenſus.et ſi li
de vel ex dicat circūſtātiā ſbiecti vt ſit ſen
ſus ꝙ eſt ꝑducere aliq̄d de nō exiſtente tā
q̄ꝫ de ſbiecto ꝑpoſitio eſt falſa.q: nō exn̄s
nullius eſt ſbiectū:nec eſt mēs loquentiū
Alio mō li ex vel de dicit circūſtantiaꝫ or
dis:vt ſit ſenſus:eſt ꝑducere aliq̄d: ⁊ non
de ſbiecto p̄ſuppoſito.⁊ ſic intelligūt loq̄n
tes doctores ſancti ⁊ alij ſicut mgr̄. Hec di
ſtictio ſumit̄ a venerabili Anſel.mona.c.
viij.Btūs Auguſtinus ad Oroſiū:cū di
cit̄.deus ex nihilo fecit.nihil aliud intelli
Nota.2 git:niſi ꝙ nō erat vn̄ faceret.¶ Scd̄o ē no
tandū ꝙ creare differt a generare:nō autē
in hoc ꝙ generare fit in ſbiecto:⁊ nō creare
quia etiā ſepe creare fit in ſbiecto :vt aīa
intellectiua creat̄ ⁊ ſimul corpi infunditur
cum nunq̄ꝫ ſit extra corp⁹ citra mortē.Sꝫ
creare dicit̄ ꝑducere rem nouā:⁊ nō de po
tentia materie p̄ſuppoſite.Generare vero
dicit̄ ꝑducere rem nouā:⁊ de potētia mate
rie p̄ſuppoſite.Et ex hoc ſequit̄ ſcd̄a diffe/
rētia:ꝙ creare q̄ꝫuis fiat in ſbiecto qn̄qꝫ:tn̄
creans p̄us attingit formā q̄ꝫ eam eſſe in
ſbiecto.vt deus creando aīam in corpo/
re p̄us attingit ip̄am aīam via nature q̄ꝫ
eam eſſe in corpe.quia eā eſſe in corpe pre
ſupponit eā eſſe.ꝑ oppoſitū gn̄are cū ſit ꝑ
ducere formā de potētia materie eſt prius
attingere materiā ſiue ſbiectū q̄ꝫ formam
quā generat:eo ꝙ de potētia eius generat
Cōcluſio re ſponſalis. ¶ Quibꝫ p̄miſſis eſt ꝯcluſio rn̄ſal̄ hec.om
nia que ſunt citra deū a deo creata ſunt in
ſe vel in ſua materia.probat̄ ſic.q: oīa que
ſunt:vel ſūt ſpūalia:⁊ illa oīa a deo cre/
ata ſūt:ſaltē in ſbſtātijs.cū intelligētie ⁊ in
tellect⁹ hūani ⁊ angeli gn̄ari non poſſint.
Vnd̄ Gen̄.p̄mo.In p̄ncipio creauit deus
celum.gloſa.i.ſpūalem creaturā. vel ſunt
corpalia.⁊ hec ſūt duplicia. q̄dā q̄ ſe hn̄t
per modū ꝑpetuoꝝ a ꝑte poſt. vt materia
vel orbes celeſtes ⁊ eoꝝ ꝑtes.et hec creata
ſūt in ſe. Nā ſequit̄ in auctoritate. ⁊ terrā.
gloſa.i.corporeā creaturā.vel hn̄t ſe ꝑ mo
dū corruptibiliū ⁊ gn̄abiliū:ſicut elemen
ta mixta:⁊ cetera hmōi.et hec creata ſunt
ad min⁹ in ſuis ſbiectis.q: ſbiecta eoꝝ de
quoꝝ potētia genita ſunt:creata ſūt. Silr̄
eſt d̄ formis accidētalibꝫ ſiue ſpūalibus ſi
ue corpalibꝫ.quia ſi aliq̄ ſūt genite:vt ſciā
cōcl̄onis in aīa.vel caliditas in aq̄. tn̄ in
ſuis ſbiectis create ſunt:vt dc̄m eſt. ¶ Cor
relariū.q̄ꝫuis ml̄te forme imediate ſint ꝑ/ Corre.1.
ducte ꝑ gn̄atōem.tn̄ hmōi mediate ſūt ꝑ
ducte per creatōem.pꝫ ex ꝯcl̄one. q: earū
materie create fuerūt:de quaꝝ potentia ge
nite ſūt.¶ Scd̄m correlariū.q̄cquid eſt ci
tra deū rōnabiliter d̄r creatura.pꝫ.q̄a eſt Corre..2
creatū:vel mediate vel imediate: vt dicit
cōcluſio.¶ Tertiū correlariū.totū vniuer
ſum reꝝ depēdentiū eſt regnū creatū. pꝫ ex Corre. 3
cōcl̄one.q: quelibet pars ei⁹ eſt creata.per
correlariū p̄cedens.hui⁹ regni p̄ncipiū eſt
deus:rector deus:finis de⁹.pꝫ ex dictis in
parte p̄cedēti queſtiōis. Vn̄ ip̄e de ſe.ego
ſum alpha ⁊ o:p̄ncipiū ⁊ finis. Apocal̄.x.
¶ Scd̄a ꝯcluſio eſt hec.de⁹ pōt creare.iſta
ſequit̄ ex p̄ma.⁊ credo bn̄ ꝙ nō poſſit d̄mō Cōcl̄o.2
ſtratiue ꝑbari:ſed congruētijs pōt ſic ſua/
deri.quia ſicut ſe habet ꝟtus finita ad ge/
nerare:ita ſe hꝫ ꝟt⁹ infinita ad creare. ſed
pꝫ ꝙ ꝟtus finita pōt gn̄are:vt ignis ignē.
ergo virtus infinita poteſt creare.cum er/
go deus ſit virtus infinita:creare pōt.pa/
rent conſequentie.⁊ pater maior.quia ſicī
finite magiſ eſt facere rem nullo preſuppo
ſito:q̄ꝫ producere rem ex ſbiecto preſuppo
ſito:ita infinite excedit virtus infinita ꝟ/
tutem finitam.¶ Secūdo.quia ſic res ſe
habet ad eſſe:ita ad agere.modo deus ni ꝑbat̄ 2
hil preſupponit in eſſendo: ergo nec in a/
gendo.¶ Tertio.q: agens imenſum qua
le eſt de⁹ ⁊ liberū libertate oppoſitiōis pōt ꝑbat̄ 3
annihilare.ḡ creare.tenet ꝯn̄a.q: creatio ⁊
annihilatio ſūt mutatōes oppoſite: ḡ qd̄
pōt in vnā pt in aliā in genere ſaltē. Ex a/
lio.agens imenſe bonū ⁊ potēs nō min⁹ p̄t
cōſtruere q̄ꝫ deſtruere.mō annihilatio ha/
bet ſe ꝑ modū deſtructōis:⁊ creatio ꝑ mo
dū cōſtructōis.an̄s pꝫ.q: ex q̄ liberū ē:p̄t
nō velle ꝯſuare:q̄ poſito in eē nihil remāe
ret niſi ip̄m.⁊ ex ꝯn̄ti oīa alia redigeret̄ in
nihilū.¶ Et.4.q: poſſe creare dic ꝑfectōꝫ ꝑbat̄.4.
ſimpl̄r:⁊ tale dꝫ d̄o attribui.hec ⁊ ſilia ſīt rō
nes pſuaſiue fidei iā poſite ꝯgruētiā exhi/
bētes.ſꝫ ad gn̄andā fidē i mte īfidel̄ in dꝛn̄
tr̄ nll'ā ten⁹ ꝯuicēt es.¶ Sꝫ i ꝯn̄ū h⁹ ꝯcl̄ōis
⁊ p̄cedētꝭ laborauit ꝯmētator i p̄io ph.vo In ꝯn̄ū
lēs d̄mōſtrare ꝙ oē qd̄ fit ex ſuppoſito ſbie h⁹ ꝯcl̄ōis
cto fieri vl̄ ꝑduci.Et ē p̄ma ſua rō. q: gn̄a
tio ſbal̄ ſuppōit motū.ḡ ſbiectū bōa ꝯſeq̄n
tia eſt.quia mot⁹ neq̄t eē ſine ſbico.an̄s ꝑ/

bat.quia ſupponit alterationem:eo ꝙ nō
2 pt fieri niſi de ſbiecto ſuppoſito¶ Scđo i
effectu arguit ſic.ſi ſine ſbiecto pſuppoſito
poſſit aliqd fieri:ſequeret ꝙ impoſſibile fie
ri fieret.falſitas ꝯñtis pꝫ.ꝯñam pbat.qa
da ꝙ aliqd ſit poſſibile fieri ſine ſbīco:tūc
querit a te vbi ſit iſta poſſibilitas:ꝛ qd ſit
illud poſſibile fieri anteꝙ̄ fiat?nō em ē de/
us.qꝛ ille nō eſt poſſibil' fieri:nec aliqd ali
ud pducibiliū iam exiſtentiū:illa ſunt iā
facta:nec ſbiectū.qꝛ illud fiet ſine ſbiecto.
Confir. ¶ Confirmat clarius ad mentē ſuā ſic.nul
la eſt poſſibilitas ad fieri aīam antichri
ſti ſine ſbiecto.ğ illa nō eſt poſſibil' fieri:et
ita ſi fieret:impoſſibile fieri fieret.añs pro
bat:ſicut iā dictū eſt:inducēdo in do ꝛ ſin
gulis que ſunt.qꝛ nullū iſtoꝝ eſt poſſibili/
tas ad fieri aīam antixp̄i. ꝛ ꝯña pbatur
qꝛ videt ſi aliqd pōt fieri ſine ſbiecto ꝙ de
3 bet eſſe aliq̄ poſſibilitas ad ei⁹ fieri.¶ Ter
tio:qꝛ ſi deus potuit creare a:ſit p̄m⁹ ange
lus ponat:ſequetur ꝙ aliqd ſit trāſmutatū
pducto a ſine trāſmatōe.falſitas ꝯñt' pꝫ
probat ꝯña.qꝛ a eſt creatū:p te ğ trāſmu/
tatū.ſed ꝙ ſine trāſmutatōe pbat.qꝛ que/
rit.quid fuiſſet iſta trāſmutatio?cōſtat ꝙ
nō deus.nec etiā ſbiectū.qꝛ tu excluſiſti ſb
iectū.nec angel⁹ ante fieri.qꝛ tūc non erat
nec poſt fieri.qꝛ tūc trāſmutatio eſt facta.
nec in fieri eſt trāſmutatio vel mutatio q̄
angel⁹ incipit eſſe ſiue fit.ꝛ ğ in fieri ange/
lus nō eſt.qꝛ quod fit nō eſt.Item ſi eſſet:
factus eſſet.qꝛ oē qđ eſt ꝛ nō eſt ppetuū
4 eſt factū.¶ Quarto quaſi ſimilr.qꝛ ſeque/
ret ꝙ a habuiſſet diſpoſitōnem poſtꝙ̄ ē fa
ctū.quā tñ nunꝙ̄ habuiſſet.pbatur conſe
quētia ſicut ante.quia habuiſſet fieri ꝛ nō
ateꝙ̄ pducebat.qꝛ nō erat.nec poſt pdu/
ctōem.qꝛ tūc ſemp erat facta.ğ p̄.tunc nō
habuit fieri.nec cū fiebat.qꝛ tūc a nō erat.
ergo tūc nullam diſpoſitōem habuit.¶.5.
5 qꝛ ſi ſic dicit cōmētator:tūc deus poſſet ali
quid facere ſine cauſis ſecūdis.ꝯña nota
eſt.cōſeqns ſupponit cōmētator eſſe falſū
et ratio fortaſſis ſumit ex.viij.phiſi.qꝛ de
us ſm cōmentatorē eternalr ſtatuit ſe pro
ductuꝝ res gñabiles cū cauſis ſecūdis:ſic
ad ſenſum videm⁹ ꝙ eas pducit.ſi ğ potu
it vel pōt producere arborē vel equuꝫ ſine
cauſis ſecūdis.tūc pōt mutare ordinē quē
diſpoſuit eternalr:ꝛ ex ꝯñti aliter velle ꝙ̄
nunc vult:ꝛ ſic mutari in volūtate.qđ cō/
mentator ꝛ etiā fideles reputāt impoſſibi

le.¶ Poſſūt addi alie rōnes.ꝛ ſexto argui 6
ſic.mundus eſt etern⁹.ğ nullū eſt regnum
creatū.ꝯña tenet.qꝛ ſi debet eſſe aliquod re
gnū creatū:h̄ eſt mūdus.pbat añs ſic.qa
vel deus ab eterno voluit ꝛ potuit produ/
cere mundū.ꝛ ſi ſic:tūc mundus ab eterno
fuit.vel potuit ſed nō voluit:tūc inuid⁹ fu
it:argumento bti Auguſtini cōtra Maxi
minū diceris.ꝙ ſi potuit pducere filiū eq
lem ꝛ nō fecit:inuidus fuit.ſi vero voluit
ſed nō potuit:impotēs fuit.¶ Septio.qa 7
implicare videt mutatōem dei ꝙ mūdus
ſit pductus.ğ nō eſt pductus.ꝯña nota ē
et probat añs.qꝛ da ꝙ pductus ſit p a in
ſtante.ğ deus pro illo inſtāti voluit pdu/
cere mundū.ꝛ hoc ante nō voluit.ğ in vo
lūtate mutat⁹ eſt.ꝯña nota eſt.qꝛ tranſit⁹
de nō velle ad velle dic̄ mutatōem in vo/
luntate.ꝛ añs p p̄ma pte notū eſt.ꝛ pro ſe
cūda pbat ſic.qꝛ ſi ante voluit:querit qua
re nō fecit:ſi eius volūtati nihil reſiſtit?vi
det ſi ante voluit ꝙ ante fecit.ğ cū pter nō
ante fecit:ſequit ꝙ ante non voluit. Ad h̄
poſſunt adduci rōnes phi.viij.phiſi.ſed
quia in phiſica ſolui cōſueuerūt ꝛ in abbre
uiatis eiuſdē octaui eas ſolui:iō de eis ſu/
perſedeo.qꝛ etiā iſtis ſolutꝭ facile ſolui poſ
ſunt.¶ Pro ſolōne iſtoꝝ rememorānduꝫ ē
illud qđ dictū fuit in.xl.queſtiōe p̄mi li.ꝛ p ſolōne
tertio articulo illi⁹ de pſciētia dei.ſ.ꝙ illud Notā.1
qđ deus ab eterno pſciuit pōt nunꝙ̄ pſci/
uiſſe.ꝛ in queſtione.xlj.de pdeſtinatiōe ꝙ
illud qđ deus ab eterno voluit pōt nun/
ꝙ̄ voluiſſe.iuxta vnū correlariū p̄mi arti.
illius.¶ Scđo p catholico fundamento
ſupponendū eſt ꝙ mund⁹ pro certa mēſu Notā.2
ra eſt ſic ꝙ non ante.vt dcm eſt in concluſi
one reſpōſali.quāuis ante potuerit pduci
¶ Ex quo tertio cōſequenter dicenduꝫ eſt
ꝙ deus ab eterno voluit mundū produ/ Tertio ē
cere pro illo nunc pro ꝗ ipm produxit.pꝫ dicēdū.
quia ita fecit:ꝛ nō fecit niſi volēs.¶ Et qr
to ꝙ nō voluit mundum producere ab e/ 4
terno:ſed prout li ab eterno determinat h̄:
quod ē producere.patet.quia cuꝫ hoc nō
ſit factum:patet ꝙ deus illud non volu/
it.¶ Illis p̄miſſis rn̄detur ad rōnes.¶ Ad Ad 1
p̄mā cōmentatoris cōcedēdū ē ꝙ oē qđ fit in ꝯñtꝫ
per gñatōem:fit ex ſbiecto pſuppoſito.p/
ut ſatis manifeſtū eſt ex.ij.notabili.ſꝫ mlt
ta pñt fieri ſine gñatōe.ſ.p creatōꝫ.ꝛ ſicil/
la rō nō ē ad ppoſitū:imo ſi ſuppōit ꝙ oē
qđ fit gñatōne:tunc perit qđ deberet pro/

bare.¶Ad ſcđam negeť ꝯſequentia:ꝙ im
Ad 2 poſſibile fieri fieret:⁊ ad probatõnez ꝯñę
ꝙ poſſibilitas ad fieri rei quę nõ eſt:nihil
eſt.ſꝫ põt eſſe res:vt poſſibilitas ad fieri ꝓ
mi angeli nihil erat añ ipm:ſꝫ potuit eſſe
angelus:ſic poſſibilitas ad fieri anię anti
chriſti nihil nũc eſt:ſꝫ erit ania antixpi:et
põt eſſe ania.imo ſm veritatẽ poſſibilitaſ
ad formã aſini gñandi nihil de facto ẽ:ſed
erit forma aſini.vñ ꝯcedẽda eſt nulla poſ-
ſibilitas ad fieri anię antichriſti eſt aliq̃d
ſicut ania antixpi nõ eſt aliq̃d: ſꝫ erit illa
ſolo pūcto imaginario. ⁊ h nō eſt rōnabi/
le. qꝛ nō poſſet aſſignari vbi ſignari poſſet
ille pūct⁹: q̄re em̄ poti⁹ pl⁹ hic q̄ꝫ ibi. ḡ eſt i
q̄libet ꝑte ſpacij ſibi correſpondent.¶ Sexta Cōcl.6
cōcluſio. q̄nto ſpūs creat⁹ fuerit perfectior
tāto maiori corꝑi toti nat⁹ eſt coexiſtere. ꝓ
bat̄. qꝛ infinit⁹ eſt deus in magnitudie ſpi
rituali: iō neceſſario oīb⁊ coexiſtit. vt dcꝫ ē
in ꝓmo. q. xlj. ḡ ꝓporcionabilr̄ q̄nto ange/
lus ꝑfectior tāto maiorē magnitudinē co
exiſtēdo pōt informar ea ſibi. qꝛ ſi ad ima/
ginatōem ifinit⁹ eſſet ꝟtute: vbiqꝫ exiſtereꝫ.
¶ Correlarie ſeqt̄: ꝙ q̄uis angelus ad nul Corre.
lum determinatū locū determinat⁹ ſit: tam̄
iuxta naturā ſuā ad maximā q̄ntitatē cui
exiſtere pōt toti determīat⁹ exiſtit. Prima
ꝑs ptꝫ ex ↄclōne iij. qꝛ nō pl⁹ cōſeruat euꝫ
loc⁹ vn⁹ q̄ꝫ alter. qꝛ nec qetē nec btitudinē
a loco recipit. Scđam ꝓbo. qꝛ cū nō ſint i/
finite ꝟtut: nō q̄ꝫtūlibet magno ſpacio to/
ti coexiſtere ſufficiūt. ſꝫ q̄nto ꝑfectiores ſ
maiori: ⁊ q̄nto min⁹ ꝑfecti ſūt minori. Et
ptꝫ ex alio. qꝛ niſi ſic: ſimul eſſe poſſent i ce
lo ⁊ in terra. cui⁹ ↄriū dicit Dam. li. ij. c. iij
ſic dicēs. Per ꝟbū dei creati ſūt oēs angeli
⁊c. ſeqt̄. cū ſūt in celo: nō ſūt in terra: ⁊ cum
ad terrā a deo mittūt̄ n̄ remanēt i celo.¶ 7.
ↄclo. q̄libet angel⁹ q̄ pt coexiſtere toti cor/ Cōcl.7
pori maiori: etiā pt coexiſtere cuilibet ei⁹ ꝑ
ti nō coexiſtēdo toti. pꝫ. qꝛ cū corꝑe nō in/
diget. vt dcm̄ ē. ⁊ libe ↄditōis ſit: nō ē rō q
re neceſſario toti coexiſteret.¶ Corre. ſeqt̄ ꝙ
nō eēt icōueniēs eūdē ſpm̄ angelicū plib⁹ Corre.
locis ſpē diſtinctis coexiſtere. ptꝫ. qꝛ ſtaret
ꝙ diſtātia cui toti nat⁹ ē coexiſtere: plīma
diſtīcta ſpē complecti poſſet: ⁊ ſic omnib⁊

obiectio illis ſimul coexiſtere poſſet. ¶ Sz contra
dices: ſequeretur ꝙ idem ſpiritus malus
plures homines poſſet ſimul obſidere.pz
conſequentia.ſi eſſent infra quantitatem
2 cui toti ſufficeret coexiſtere. ¶ Scdo.qꝛ ſic
poſſet angel⁹ malus ſil' ꝛ ſemel plib⁹ tẽtati
onib⁹ tentare:imo oppoſitis diuerſos ho
mines.falſitas ꝯñtis ꝓbaꝛ.qꝛ cuz ſit indi
uiſibilis:q̄cũqꝫ ſe cõuertit totũ ſe cõuertit.
ergo ſi ſit intent⁹ tentatõi vni⁹:nõ videꝛ ſi
mul intentus eſſe tentatõi alteri⁹.ꝓbaꝛ tñ
ꝯña.qꝛ ex quo cuilibet parti dati ſpacij po
teſt coexiſtere:q̄re plꝭes infra illud ſpaciuz
exiſtẽtes nõ poſſet tẽtare ſimul ꝛ ſel'.vt vir
ad exigendũ debitũ ꝛ mulierẽ ad negãdũ.
Ad.1. ¶ Rñdeꝛ ad ꝓmã ꝙ nõ habeo ꝯñs pro in
cõueniẽte:dño ꝑmittẽte.verꝫ eſt ꝙ ſi tũc ta
les diſtinguerenꝛ ad tm̄ ꝙ nõ poſſet ad tã
tam diametrũ coexiſtere:ampli⁹ nõ poſſz
Ad2 ſimul in amb⁹ remanere. ¶ Ad ſcdaz.ꝙ
cõſeq̄ns iterꝫ nõ vid̄ꝛ incõueniẽs. Un̄ bea
tus Aug.xj.ſup Gen̄.ad lr̄am.c.xxxvj.di
cit ꝙ Eue in ſerpẽte diabol⁹ loq̄baꝛ exteri⁹
In muliere vero occulto inſtictu adiuua
bat interi⁹ qd̄ exteri⁹ gerat ꝑ ſerpẽtẽ. Ad
improbatõem d̄ꝛ ꝙ verꝫ eſt ꝙ indiuiſibile
quo ſe vertit ſe totũ cõuertit.ſic ꝙ nõ par
tim huc ꝛ parti illuc:qꝛ ꝑtes nõ hꝫ.ſed ꝙ
nõ poſſit ꝑ diuerſas ſuas ꝯgnitões ad va
rios fines etiã diuerſos in ſpẽ ſe vertere: h̄
nõ dicit auctas.ſicut em̄ vna ãia audit
in aure ꝛ videt in oculo ꝛ in ſeipa ꝯſiderat
ſimul ꝛ ſemel añs ꝯñs ꝛ ꝯñam:ita etiã pt
idem ſpũs mal⁹ ſimul ꝛ ſel' diuerſis infra
ſuos limites quib⁹ nat⁹ eſt coexiſtere ſug
gerere diuerſa. ¶ Octaua ꝯcluſio.ꝓbabi
Cõcl'o 8 le eſt ꝙ plꝭes angeli eidẽ ſitui adequate poſ
ſunt coexiſtere.ꝓbaꝛ ſic.qꝛ ſpũs angelic⁹ ꝛ
human⁹ coexiſtũt eidẽ loco adeq̄te.vt i ob
ſeſſo. Itẽ q̄re nõ ita bene idẽ loco plꝭes ſicut
idem ſpũs plib⁹ locis. Itẽ Mar.v. Legio
erat in demoniaco geraſenoꝝ. Itẽ quaz re
pugnantiã haberet vn⁹ alteri:cũ corpe nõ
indigent.ꝛ ſolũ ſunt vbi corp⁹ eſt. In cor
poralib⁹ em̄ plꝭa ſũt ſimul.vt albedo ꝛ dul
cedo in lacte.materia ꝛ forma in cõpoſito
quare nõ in ſpũalib⁹ poſſent plꝭa eoꝝ eidẽ
ꝯ iſtam ſitui ſimul adeſſe? ¶ Cõtra iſtã ꝯclõnẽ ar
guiꝛ ſic.ſequereꝛ ꝙ idẽ loc⁹ poſſit moueri ꝯ
trijs motib⁹.falſitas ꝯñtis pꝫ.ꝓbatur cõ
ſeq̄ntia.qꝛ ſi plꝭes ſpũs pñt eidẽ coexiſtere:
quare nõ poſſũt ꝯrio mõ velle vn⁹ ad ori
ens ꝛ alius ad occidẽs ipm̄ corp⁹ mouere

ꝛ cũ corpus naturaliter obedit ſpiritui:ſe
quiꝛ ꝙ oportebit illud ad oppoſitos ſit⁹ mo
ueri. ¶ Scdo.qꝛ quõ pñt vni⁹ effectus eſ 2
ſe due cauſe quaꝝ q̄libet ꝑ ſe ſufficiẽs eſſet
cõſtat ꝙ ñ ẽ poſſibile.qꝛ vna ſupflueret:ꝛ tñ
hoc oportet ꝯcedi ſi ponam⁹ plꝭes ãgelos
poſſe coexiſtere eidẽ loco.g̃.ꝛc.tenet ꝯña.ꝛ
declaraꝛ minor ꝑ Dama.li.ꝓmo.c.xvij.di
centẽ. Natura incorpea vbi nimirũ ẽ ꝛ o
peraꝛ.g̃ ſi duo angeli ſimul ſunt: amb⁹ eũ
dem effectũ in illo ſitu opanꝛ.ꝛ ꝯſtat ꝙ q̄li
bet eoꝝ eſt ꝑ ſe ſufficiẽs,igiꝛ. ¶ Tertio.q̄a 3
duo que ſil'r ſe habent ad locũ nõ pñt eſſe
ſil' in eodẽ loco.mõ duo ãgeli ſil'r ſe habẽt
ad locũ.igiꝛ pꝫ maior inductiue.q̄a due
anĩe nõ pñt ſimul eandẽ materiã iforma
re.nec duo corpa eid̄ loco inexiſtere nõ ſi̾gni
ficata.minor nota eſt de ſe. ¶ Et cõfirmaꝛ Confir.
auctoritate Dama.li.ij.c.iij.dicẽtis.ange
li cũ ſunt in celis:nõ ſũt in terra.ꝛ cum ad
terrã mittunꝛ:nõ remanẽt in celo.g̃ idẽ nõ
poteſt eſſe in plib⁹ locis.g̃ etiã non poſſũt
plꝭes eſſe in vno loco. ¶ Quarto.qꝛ vid̄ꝛ ꝙ 4
vnus illoꝝ angeloꝝ eſſet in alio.qꝛ cũ ad
equate ſunt in eodẽ ſitu:videnꝛ ſe penetra
re. ¶ Et ꝯfirmaꝛ.qꝛ angel⁹ nõ põt eſſe i an Confir.
gelo.nec ergo ſil' in eodẽ loco.ꝯña vid̄ꝛ ma
nifeſta.eo ꝙ vnũ indiuiſibile magis videꝛ
poſſe eſſe in indiuiſibili q̄ꝫ in diuiſibili.añ
cedens ꝓbaꝛ.qꝛ illabi nõ ꝯuenit niſi deo
in mente vel voluntatẽ. Itẽ q̄s eſſet poti⁹
recipiẽs q̄ꝫ recept⁹ ¶ Ad has rõnes ꝑ ordi Ad.1.
nẽ. ¶ ad.j.negeꝛ ꝯña.ꝛ ad ꝓbatõez d̄ꝛ:ꝙ ſi
ãgeli plꝭes boni coexiſterẽt eid̄ loco.ꝛ ad ꝯria
vellẽt ipm̄ mouere.ſic angel⁹ ꝑſaꝝ pplꝫ iſtꝭ
ſeruari.ꝛ angel⁹ hebreoꝝ pplm̄ liberari.de
quo hꝛ Dan̄.x.c.qui ſm̄ Hieronymũ erãt
amb⁹ boni:tũc corp⁹ nõ mouebiꝛ huc nec
illuc:donec reuelatio diuine volũtatis ſu
ꝑueniat:cui amb⁹ ſe ꝯformãt.ſi ãt eſſz vn⁹
bonus ꝛ ali⁹ mal⁹:ꝑualet bonus.ſi amb⁹
mali:vel ꝑualet potẽtior.vel ille cui⁹ cona
tui dñs ad illũ motũ vult coopari. ¶ Ad Ad2
ſcdam dicitur primo.ꝙ nihil prohibet an
gelum eſſe in loco circa quem nihil opera
tur Ad quod ſonat articulus pariſienſis
ſic inquiẽs. Dicere ꝙ ſb̄ſtantie ſepat eunt
in loco per opatõem ꝛ ꝙ poſſunt moueri
ab extremo ad extremum:nec in medium
quia poſſunt velle operari in extremo vel
in extremis:nec in medio:error ſi itelliga
tur ſb̄am ſine operatione nõ eſſe i loco.ſcdo
d̄ꝛ ꝙ cũ angeli ſunt agẽtes volũtarij:ꝛ ab

ad idem missi nõ est incõueniens ꝙ ambo faciãt eundẽ effectũ: vt cause ꝑtiales. vt in obsesso volũtas mala cũ angelo malo ſeꝑ faciũt. Q̃uis em̃ quilibet angeloꝝ bonorũ ad effectũ ad quẽ missus est esset sufficiens: nõ tñ implicat: ꝙ si ambo ad idẽ mittunt: ꝛ adequare ad idẽ spacium ꝙ ambo illi spacio coexistant: ꝛ de eo simul faciant quod fuit eis imperatum. Q̃n dr ꝙ alr superflueret: dicit ꝙ nõ. q2 dñs nouit causas quare plures misit hoc facere: ad qd vnus sufficeret. Q̃uis em̃ dñs potuisset virgam moysi mutasse in serpentez imediate: tñ voluit hoc facere ꝑ angelum vt esset ordo in rebꝰ sic etiam de mera liberalitate sua põt plures angelos mittere eundẽ effectũ facere: quẽ vnus efficere posset. Auctoritas Dam. q̃ allegat nõ est contra dicta. q2 dicit ꝙ vbi angelus operat ibi est. nõ aũt dicit econtra: ꝙ vbicunqꝫ est ibi operat.

Ad 3 ¶ Ad tertiã. maior ẽ falsa. q2 albedo ꝛ dulcedo lactis habẽt se simr ad locum: tñ sunt simul in loco lactis. Itẽ nõ est incõueniẽs ꝙ corpa nõ glorificata per potentiã dei simul sint. ꝛ minꝰ de glorificatis sic etiã nõ repugnat ꝑ voluntatẽ dñi plures spũs esse adequate in eodẽ loco nec repugnat per potentiã dei plures formas sbstãtiales eidẽ materie inherere adeq̃te. Ad confirmatõem: ad auctẽ Damas. dico: ꝙ loquit de locis totalibꝫ nõ cõicantibꝫ: quibus nõ possunt simr angeli coexistere: eo ꝙ determinati sunt ad certã q̃ntitatez.

Ad 4 ¶ Ad quartã negel cõña. q2 q̃uis angelꝰ malꝰ et obsessi aña sint simr adequate in obsesso vl aliqua pte eius. nõ tñ est vnũ coꝝ in alio: in manifestis nõ est albedo lactis in dulcedie nec ecõtra. Q̃uis adequate sint i eisdẽ loco ꝛ sbiecto. nec materia est in forma quãuis adequate sit vbi est forma. Ad cõfirmatõem: concedit añs. et negel cõña. Ad pbatõem negel ꝙ indiuisibile magis sit natũ esse in indiuisibili: eo ꝙ angelica natura nõ patit elapsum creature: sz solius dei corpibꝫ aũt nati sũt coexistere. q2 spũalr creatura corpee dñal: vt dcm est pus ex dco btĩ Augu. nec intellectꝰ est natus inherere vel inesse alteri intellectui: q̃uis possit

Dubiũ3 inesse corpi vl loco cum est separatus. ¶ Sz diceres: an angelꝰ circũscribal loco? R. ꝙ esse circũscriptiue in loco intelligit dupliciter. Uno mõ pprie. ꝛ est extẽdere latera loci ꝛ cõfigurari supficiei loci: ꝛ est idem qd cõmensuratiue esse in loco. ꝛ sic angelꝰ nõ est cõmensuratiue in loco: sic nec est circũscriptiue in loco. Alio modo large est contineri a loco: sic ꝙ tota virtus eius sit ibi ꝛ nõ alibi: nec sit simul nata esse alibi. ꝛ istd conuenit tam angelo q̃ corpori. Unde magister pmo huius distinctio. xxxvij. dicit Duobꝫ modis dicit in scriptura aliqd locale. vel circũscriptibile. scilz quia dimensionẽ capiens longitudinis: altitudinis ꝛ latitudinis distantiã facit in loco. vt corpus. vel quia loco diffinitur vel determiatur. quoniã cum sit alicubi nõ vbiqꝫ inuenitur. quod nõ solum corpori: sed omi creato spiritui cõuenit. ꝛ ergo hoc modo dicitur angelus circũscribi loco. Sic dicit Damascenꝰ libro pmo caplo. xviij. ꝙ angelꝰ circũscribit vbi operat. Idem dicit libro. ij cap. iij. Hoc de. ij. ar.

His premissis respondet ad rõnes pncipales. ¶ Ad pmã: negetur añcedens. ꝛ ad probatõem dicit: ꝙ naturali rõne potest conuinci ãgelos esse. vt patuit in pma cõdone: ꝛ rõnes aliq fuerunt ibi assignate. qui vellet plures videre posset videre processum philosophi. 8. phisicoꝝ. ꝛ. xij. metha. Q3 autem dicit: ꝙ Moyses cõmemorans creatõem rez nõ facit mentõem de angelis. Dicit ꝙ quia loquebat rudi populo vt magis esset creduli in fide: nõ expresse posuit creatõem angeloꝝ: quam tamẽ implicite sbtiliter expssit. quia per celum angelicã naturã intellexit. Ad rõnes pncipales

¶ Ad scdam: ꝙ licet creati sint ante celum empyreũ dignitate: quod vult sapiens in ea quã sumis auctoritate: sunt tamẽ simr cum eo creati tempore: ita ꝙ nõ fuerunt pꝰ tẽpore q̃ illud celum. vt magister dici littera. c. iij. presentis distinctõnis. Ad 2

¶ Ad tertiam negetur añcedens. ad probationem ad auctoritatẽ Boetij dicit: ꝙ itelligit cõclusionem tertiam pmi articuli. videliz: ꝙ non sunt in loco cõmensuratiue res incorporee. Eodem modo respõdet ad auctoritatem beati Augustini ꝙ voluit pbare ꝙ deꝰ nõ esset in loco cõmesuratiue. q2 ẽ res indiuisibilis: nec etiã ãgeli. Itẽ ds nõ ẽ i loco definitie. vt pbat mgr dis. 37. j. li. sic tñ angeli sũt i loco. vt dr ibidẽ ecc̃. Ad confirmatõez de cõditõibꝫ dr: ꝙ ille cõditões ponũt de his q̃ sũt i loco: vl pnt eẽ cõmesuratie. qd ãgelis nõ cõuenit. Ad 3

¶ Ad rõnes q̃ fiũt p q̃sito ¶ Ad. j. ꝙ locꝰ pt alicui dici inalr dupli. Ad i p q̃sito

vno modo q: eſt ⁊ nõ eſt natural'. ⁊ ſic angeli ſunt in celo tanq̃ in loco inaturali. id eſt eis nõ naturali. vt dictũ eſt in ſcdo articulo. q: nõ minus ꝯſeruarent: ⁊ eſſent beati eſſentialiter: ſi nulla creata corporea eſſ3 Alio modo innaturale dicit violentu3. ⁊ ſic celũ nec alius locus eſt eis in naturalis quia nullus loc' corpore' eſt eis innaturalis cũ eis in nullis diſcõueniat. Unde ſi angel' bonus in inferno eſſet adhuc beatus eſſet. Itẽ ignis in eũ nõ ageret: nec alia pena
Ad 2 q: nõ eſt pena ſine pctõ. ¶ Ad ſcdm ꝙ ꝓprie ſpiritui nullus loc' eſt natural': cũ nõ habeat quietem ex loco: vt dictũ eſt. q̃uis em vbiq3 nequeat eſſe: tñ etiã ſine loco poſſet remanere. Vñ quies creature rõnal' eſt pncipaliter in deũ. Iuxta illud Aug. Inquietum eſt cor nr̃m dñe donec q̃eſcat i te. Uex eſt tñ ꝙ rõnabili' eſt ſpm̃ collocari i celo q̃3 in aliquo loco alio: eo ꝙ eſt nobilior loc': vt notũ eſt. Rões poſt oppoſitu3 ſunt pro dictis in pmo: ⁊ ſcdo articulo q̃ſtionis. Hoc de queſtiõe.

Tertio queritur

circa diſtinctões tertiã ⁊ quartã. Utrũ ſic q̃libet angel' q̃libet angelo alio differt ſpẽ: ſic ille q̃ mal' eſt potuit a pncipio pduci debitor pene. Que q̃ſtio ſuppõit ꝙ q̃libet ãgel' a q̃libet ãgelo alio differt ſpẽ. ſcdo q̃rit vtrũ ſic ille q̃ e malus potuit a pncipio pduci dbitor pene. i.
pſuppo. produci mal'. ¶ Pro ſuppoſito arguit ſic In nulla ſpẽ ſpecialiſſima ꝑpetua ſunt plura indiuidua: ſed angel' eſt ſpẽi ꝑpetue. ergo nullus eſt eiuſdẽ ſpẽi cum alio. ꝯña nota eſt. ⁊ maior pt3 per phm. xij. meth. c. vj vbi phus videt hoc velle. Et ex alio. quia ea de re indiuiduorũ multiplicatio ſb vna ſpẽ eſt. q: in vno ſpẽs nõ põt ꝑpetuari. vt i animalib ⁊ plãtis. vbi g iſte finis nõ ẽ: ibi nõ erũt plura indiuidua minor eſt magi-
2 ſtri dicẽtis. angelos eſſe imortales. ¶ Secũdo. omes ſbe differẽtes ſm pus ⁊ poſteri' drũt ſpẽ. ſ3 oẽs angeli drñt ſm p' ⁊ poſterius: igitur. maior pat3. q: cum ſbſtantia nõ ſuſcipiat magis neq3 min': non erit poſſibile ꝙ in vna ſpecie ſbali repiat pus ⁊ poſteri'. ⁊ minor videt eſſe de mẽte brĩ Dyoni. iiij. angelice hierarchie. dicit ei ꝙ etiã i vno ordine ſunt ſupmi. medij. ⁊ infimi. et in hoc innuere q̃ omes differat ſm grad'.
3 ¶ Tertio. diſtinctio indiuiduorũ ſb vna ſpẽe eſt rõne materie. modo angelis nõ ineſt materia. g nec mltitudo in ſpecie vna ꝯñ a tenet. ⁊ maior videt eſſe de mẽte phi. 2 de gñatõne. vbi vult ꝙ ꝓpter gñatõem ſiunt plura indiuidua ſb vna ſpẽ ſupponit aũt gñatio materiã. vt3 pmo de gñatione. Et ꝯfirmat auctoritate phi pmo celi dicẽtis. ꝙ q̃ dicit hoc celũ: dicit materiã g iduiduatio eſt rõne materie in eadẽ ſpẽ. minor nota eſt ex dictis pus. ¶ Cõfirmat. q: Confir.
ſi plẽs ſunt eiuſde3 ſpẽi: queñt quo diſtinguunt: nõ per formã. q: in vna ſpẽ ſpecialiſſima nõ videt eſſe niſi vna forma dãs eſſe illius ſpẽi. ſicut ſpẽs eſt vna: nec ꝑ q̃ntitatẽ: cum ſint incorpei. nec per materiã. quia materiã nõ habet. ¶ Quarto. oẽs ãgeli dif- 4
ferũt actu formali. g ſpecie. ꝯña nota ẽ. q: forma dat eſſe rei ſpecificũ. ⁊ añs p3. quia als vnus eorũ eſſet alter. ¶ Confirmat au- Confir.
ctoritate Auicẽne: v. meth ſue dictis. ꝙ i natura q̃ nõ diuidit differẽtijs: nec materia nec ꝓprietatib indiuiduatib ſolu3 eſt vnũ indiuiduũ ſb. vna ſpẽe. mõ angeli ſũt hmõi. q: in eis nõ ſunt eſſentiales drñe. cũ ſint oĩno ſimplices. vt dictũ eſt in q̃ſtione pcedẽte. ⁊ ſimplex non diuidit differentijs. vij. meth. nec eſt materia. nec ſũt proprietates indiuiduales. q: ille ſequũt materiã ⁊ ſuppoſitũ iam inſtitutũ. ꝓprietas em indiuidual' ſuppõit idiuiduũ. ¶ Qui- 5
to. plẽs angeli vni' ſpẽi eſſent ſupflui i natura. g nõ ſunt ponẽdi. ꝯña nota eſt. ⁊ añcedẽs pt3. q: q̃cquid pfectõnis eſſentialis eſſet in vno: oĩmode eſſet etiã in alio. ⁊ ergo null' decor vniuerſi eſſet maior ex pluribus q̃3 ex vno. ¶ Et ꝯfirmat auctẽ mgri in Confir.
lrã dicẽt. ꝙ hñt differentẽ eſſentie tenuitatẽ. h aũt nõ eſt in eadẽ ſpẽ ſbali. igit. ¶ Pro pq̃ſito.
queſito arguit ſic. prim' ãgel' potuit a dõ arguit. 1
pduci mal'. g debitor pene. ꝯña nota ẽ. q̃a malo debet pena. añs pb3. ¶ Prio. q: potuit eũ pducere ſine ꝯgnitõe. qre g nõ ſine bonitate. cum ita bõitas ſit decor affect' ſic cognitio itellect'. ⁊ ecõuſo. ¶ Scdo. q: op- 2
poſitio bõi ⁊ mali decorat vniũſum. ⁊ g potuit de' a pncipio vtrũq3 pducere. tenet cõſeqntia. q: oẽm decorẽ vniũſi potuit dñs a pncipio pducere. añs p3. q: n pmitteret ds malũ: niſi ipm eẽ ect bonũ: ⁊ iducerẽt vniũſi ornatũ. vt dcm ẽ in. q. pcñl'. ¶ ⁊. 3. q: ds 3
pduc hoies cũ pena: q̃re n angelũ. p3 aſſũptũ. q: pduc hoies a natiuitate cecu. h ãt ẽ 2. prĩci.
pẽa. vt notũ ẽ. ¶ 2. ſic ãgelus q̃ cecidit ab

initio fuit malus.ğ debitoꝛ pęnę.ꝯſequentia eſt ꝑus ꝓbata.ꝛ añs pꝫ Joh.viij.vbi dicit ꝙ fuit homicida ab initio.Et beatus Auguſtin⁹ de ciui.dei.ꝙ vt factus eſt:continuo ſe auertit.ğ ꝯtinuo fuit mal⁹.Et beatus Auguſti.ij.ſup Gen̄.ad lr̄am.c.xxiij. Nō fruſtra putari pōt ab initio tp̄is diabolū cecidiſſe:nec cū ſanctis angel̄ pacatū aliqñ vixiſſe.Item in eodē.ij.libro.c.28. dicit btūs Auguſti.Nō fruſtra putādū eſt ab ip̄o initio tp̄is vel ꝯditōis ſuę diabolum cecidiſſe:ꝛ nunq̄ꝫ in ꝟtute ſtetiſſe.Itē btūs Auguſti.dicit ſup Gen̄.ꝙ om̄ia opera ſex dieꝝ ſimul facta ſunt.ğ cum ꝑ tenebras intelligat diabolū:ſimul fact⁹ eſt diabolus cū tenebris in ꝑmo inſtanti tempis

3 ¶Tertio ꝑncipal̄r.qꝛ diabolus i ꝑmo inſtanti ſui eſſe auertit ſe.ğ fact⁹ eſt debitoꝛ pęnę.ꝯña nota eſt.ꝛ añs ꝓbat̄.qꝛ in ꝑmo inſtanti ſui eſſe habuit vſuꝫ liberi arbitrij cū nō fuerit ocioſus.vel ergo voluit bonū et ita ꝑfeciſſet:ꝛ accepiſſet grām.vel au̅tit ſe a bono incōmutabili:ꝛ tūc peccauit.qđ eſt ꝓpoſitum.

Confir. ¶Cōfirmat̄.qꝛ vel auertit ſe in ꝑmo inſtanti:ꝛ habet̄ ꝓpoſitū.vel per aliquā morā in alio inſtanti poſt:ꝛ ſi ſic:tunc tp̄e intermedio nō peccaſſet:ꝛ ex conſequēti in bono aliquo tp̄e ſtetiſſet:et ſic in bono ꝯfirmatus fuiſſet.

Suppo. ¶Sꝫ in ꝯrīū ſuppoſiti arguit̄ ſic.qꝛ nō min⁹ pōt angel⁹ eſſe vnius ſpēi cum alio angelo q̄ꝫ intellectus cū intellectu.mō manifeſtū eſt ꝙ oēs intellc⁹ humani ſūt vni⁹ ſpēi.q̄re ergo nō plures angeli.pꝫ maioꝛ cōueniēti ſilitudine.qꝛ ambo ſūt ſbſtātię ſimplices ꝛ immateriales.ꝛ minoꝛ manifeſta eſt:eo ꝙ om̄es homies ſūt vni⁹ ſpēi.

Quitu3 ¶Sed ad oppoſitū q̄ſiti ſic arguit̄.Angel⁹ a ꝑncipio ſui eſſe nō potuit eſſe mal⁹.ğ nec debitoꝛ pęnę.tenet ꝯña.ꝛ ꝓbatur añs.qꝛ nō eſt poſſibile ꝙ deus fuerit auctoꝛ mali:cum ſit optim⁹.modo ſi angeli a ꝑncipio potuiſſent eſſe mali deus fuiſſet auctoꝛ mali.nā ex eo exiuiſſet et nunq̄ꝫ fuiſſent boni.¶In queſtiōe erūt duo articuli.vn⁹ de ſuppoſito.ſecundus de queſito.

Quantum ad pri-

Arti.1. mū ꝑmo ꝑmittit̄:ꝙ ſuppoſitū intelligit̄ de eadem ſpē ſpēaliſſima eſſentiali.nō ei dubiū eſt quin angeli ſint eiuſdē ſpēi ſbalter̄ę cū om̄es ſint ſpūs.ꝛ ſpūs ſit nomē eſſentiale.nā angel⁹ eſſential̄r dicit̄ ſpūs:vt dicit btūs Aug.ſup pſ̄.ciij.ſup illo ꝟbo.qui facit angelos ſuos ſpūs.

Notā.2 ¶Scđo eſt notandū:ꝙ de iſto fuerūt et adhuc ſūt doctoꝝ noſtroꝝ ſolenniū cōtrarię opiōnes.

Opio 1. ¶Primo em̄ quidā fuerūt q̄ dixerūt ꝙ oēs creature rōnales eſſent eiuſdeꝫ ſpēi ſpēaliſſime eſſential̄:eo foꝛtaſſis moti.qꝛ oēs ad eundē finē ꝑducte ſunt.ſ.ad laudē ꝛ glīam ſaluatoris.vt dicit mgr̄ diſtīctōe ꝑma.ca.vij.

Opio 2 ¶Scđa opinio fuit ꝙ om̄es angelicę creatę int̄ ſe eēnt vni⁹ ſpēi ſpēaliſſime eēntial̄:lꝫ nō cum aiabꝫ hoim.

Opio 3. ¶Tertia opio ē ſcti Thomę ꝛ petri de tharan.ꝛ alioꝝ:ꝙ nulli duo angeli ſunt eſſential̄r eiuſdē ſpēi ſpecialiſſimę.

Opio 4 ¶Quarta opinio eſt quoꝝūdam alioꝝ dicentiū:ꝙ aliq̄ angeli ſūt ſpēaliſſime eſſentialiter ſimiles:ꝛ aliq̄ nō.Eligere opoꝛtet inter has opiniones:ꝛ eſt valde difficile hic aliq̄d efficaciter ꝓbare.Verū eſt ꝛ ſcriptū eſt ꝙ dicet̄ ſufficiēter:ſi ſm ſubſtantiā materiā manifeſtet̄:vt habet̄ ꝑmo ethicoꝝ.iij.ꝛ qꝛ hic nō eſt magnū periclm quācunq̄ꝫ opinionē homo ꝓbabiliter defenderet:dū tamē cōueniēter diceret:eo ꝙ fides inter iſtas ad nullā partē artat:nec eccleſia ꝺ eis aliquā ꝑtem ꝺterminat:ideo rōnes metaphiſicales ꝛ auctēs habēt locū ſꝫ quas ꝓbabiliter ꝓcedere intēdo:eligendo opionēꝫ:ſentētia mea ꝓbabilioꝛē.

Notā.3 ¶Pro quo tertio noto ꝙ reꝝ eſſential̄r ſpecialiſſime ſimiliū ſūt eędem ꝓꝑetates ſpecialiſſimę ſimiles.pꝫ.quia ꝓꝑietas ſeq̄t̄ ſpēm.Vñ debet omi ꝛ ſoli ꝛ ſemꝑ ineſſe.vt dicit̄ ꝑmo topicoꝝ.ꝛ in.iiij.ꝛ.v.euſdeꝫ.ſicut eſſe ſuſceptm̄ diſciplinę oēm hominēꝫ

Corre. ¶Ex q̄ coꝛrelarie infero ꝙ oīm ſpēaliſſime eēntial̄r ſimiliū ſūt ſil̄es natales iclinationes ſpēm cōſeq̄ntes vel etiaꝫ indiuidua.qđ addo ꝓpter diuerſas inclinatōnes indiuiduales:quę in indiuiduis materialibus in eadē ſpē ſęꝑi⁹ inueniunt̄:vt in ſpecie humana clarius edocet̄.

Cōclō 1 ¶Quibꝫ pręmiſſis ē ꝑma ꝯclō hec.Aīa hūana non eſt eiuſdē ſpēi ſpēaliſſimę eſſential̄ cū aliq̄ angeloꝝ.ꝓbat̄ ſic.inclinatōes ꝯſeq̄ntes omnē aīam hoīs ſm ſuā eſſentiā nulli angelo ꝯueniūt.ğ ꝯclō ꝟa.ꝯña nota ē ꝑ coꝛrel̄.4.nota.ꝛ añs pꝫ.qꝛ iclīatio ad coꝛp⁹ ꝛ dilectio coꝛpis ſeq̄t̄ oēm aīaꝫ hoīs.cū nemo vnq̄ꝫ ſuā carnē odio hūit:ad Epheſ.v.et aplſ.ij.ad Cori.v.nolum⁹ coꝑe expoliari ſꝫ ſupueſtiri.ꝛ talis inclinatio nō ſequitur aliquem angelum:cum ſit ꝑſona cui⁹ natę

Cōclo.2 repugnat corpori vl' alteri adunari ¶ Se
cunda cōcluſio videt̄ mihi ꝓbabilis: ꝙ nō
eſt ꝓbabile om̄es angelos eſſe eiuſdē ſpeci
ei ſpēaliſſime eſſentialis. ꝓbat̄ ſic. natural'
ratio ponit angelos differre ſpecie: ꝛ aucto
ritas ſcripture ꝯcordat. ergo ꝛc. ꝯña nota. añ
cedens quo ad primā partē pꝫ ꝑ phm. xij
meth. nam rō naturalis intelligētias ſiue
angelos cōcludit eſſe ex plalitate motuū
ꝑpetuoꝝ. vt pꝫ ibid. c. vj. ꝛ ꝑ ex quo illi di
uerſaꝝ ſpērum ſūt inter ſe ꝛ diuerſis tꝑibꝫ
ſua ſpacia metiant̄: cōcludit phs ꝙ nulle
due intelligētie ſunt vni⁹ ſpēi. Itē qꝛ perpe
tue ſunt: ꝛ nō ponit in ꝑpetuis pla indiui
dua vnius ſpēi. Item qꝛ imateriales ſunt
nō aūt ponit rōnem multitudinis indiui
duoꝝ in vna ſpē: niſi rōne diuiſionis quā
titatiue materie. Scđa pars patꝫ ꝙ huic
cōcordet ſcripture auctoritas. appet Eze
chiel. xxviij. vbi lucifer vocat̄ ſignaculum
ſiſitudis ꝛ initiū viarū dei rōne ꝑfectionis
quā recipit in naturalibꝫ. nō aūt credit̄ ali
us angelus tāte fuiſſe ꝑfectōis. quia nllo
modo hoc alicui alteri dicit̄. Vñ Eſa. 14.
dicit̄ de lucifero: ꝙ mane oriebat̄: nō ꝙ pri⁹
tempore: vt dcm̄ eſt in queſtiōe ꝑcedente
et dicit̄ in lr̄a: nec in gratia quā nō habu
it. ſꝫ magna naturaliū ꝓrogatiua ꝛ digni
tate. ꝛ ideo ꝑfectior eſſentialiter eſt ceteris
ꝛ ſic nō vnius ſpēi ſpēaliſſime cū ipis. Iteꝫ
hoc eſt de mēte magiſtri circa hanc diſtincti
onē dicētis ꝙ differāt ſbſtantia forma ꝛ li
Ꝯ pmaꝫ ꝯclonez. beri arbitrij ꝑtāte: caplis. iij. iiij. ꝛ. v. ¶ For
te dicet̄ ꝯtra cōclonem pmā: et ex hoc inte
rimeret̄ ſecūda: illud Math. xxij. ꝙ i reſur
rectiōe homines erunt ſicut angeli. qđ nō
eſſent: niſi etiā nunc eſſent angelis ſpēaliſ
ſime ſiles. Rñ. ꝙ h̄ itelligit̄ q̄ ad ḡtuita: et
nō q̄ad natalia: cū homines ꝑtūc erūt cor
Cōclo.3 porei: ꝛ angeli incorporei ¶ Tercia cōclu
ſio videt̄ mihi vera ſicut iſte. vicꝫ ꝙ deus
pōt facere duos angelos eiuſdē ſpēi ſpeci
1 aliſſime eſſentialis ¶ Probat̄ pmo. qꝛ hoc
2 nō implicat. ¶ Secundo. quia ita facit q̄
tidie animas hoīm ſimiles. ¶ Tertio. q̄a
3 nō videt̄ quin poſſit facere vnū munduꝫ
per om̄ia ſimilē huic: ꝛ tunc etiā angeli illi
us eſſent ſimiles angelis hui⁹ mūdi: cum
ſint precipue partes mūdi. ¶ Quarto. q̄a
4 quomō deus fieret impotēs ex hoc: ꝙ vnū
faceret ꝙ illo facto ſimile illi oīmode face
re nō valeret. Quinto. qꝛ nō implicat ꝙ de
5 us vnum angelū annihilaret: ꝛ eundeꝫ in
numero recrearet: ꝛ minus videtur incon
ueniēs ꝙ huic creato ſimilē in toto facere
poſſet. ¶ Item hec cōcluſio eſt implicita 6
in vno articulo pariſius cōdemnato: dicē
te ſic. dicere ꝙ qꝛ intelligētie nō habēt ma
teriā: deus nō pōt plures eiuſdē ſpēi face
re: error. ¶ Forte dicet̄ ab his qui ſūt de cō obiectio
traria opione: ꝙ ideo implicat poſſe eē du
os angelos om̄imode ſiles: eo ꝙ eſſent di
ſtincti: quia due ꝑſone: ꝛ nō eſſent diſtīcti
quia nō in materia vel q̄ntitate vl' ꝓprie
tatibꝫ indiuiduāribꝫ. qꝛ pma duo in āge
lis nō ſunt. ſed tertiū etiā nō. qꝛ ꝑſuppōit
materiā, quia cōditōes indiuiduales ſe
quunt̄ ipam materiā. nec etiā diſtinguerē
tur actu ſpecifico. qꝛ iſte in ambobꝫ ē vn⁹:
cum ſint vnius ſpeciei. Et forsaſſis ꝙ hac
rōne moti erant illi de alia opione ꝯriam
ꝯclonem tenētes. ¶ Sꝫ veraciter iudicio Solu
meo hec ratio innitit̄ vni fundamēto erro
neo: ſiue nō vero: iuxta rectā metaphiſicā
ſalua tamē humanitate tam ſolēniuꝫ ma
giſtroꝝ: ſicut ſunt illi q̄ eam ponut. ſcꝫ iſti.
ꝙ res eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime eſſential' ñ
ſeipis eſſentialr̄ diſtinguunt̄ in nūero. vn
de ſi om̄is ꝯtinua q̄ntitas ꝛ om̄e aliđ qđ
nō eſt de eſſentia ſocratis ꝛ platonis eſſet
ab vtroqꝫ coꝝ ablatū: ipi adhuc differrēt
numero: ꝛ vnus coꝝ nō eſſet alter. q̄uis eſ
ſent vnius ſpeciei. ꝛ ita ſiles ſicut ſunt due
albedines. ꝛ ergo ꝙ Thomas doctor ſctūs
dicit pma pte ſumme. q. l. arti. iiij. in corpe
articuli illi⁹: ꝙ impoſſibile eſſet ꝙ ples albe
dines ſepate eſſent que nō eſſent vna, vel
ples humanitates ſepate: cū albedines ſꝫ
eum nō ſint plures. niſi ꝑm ꝙ ſūt in pluri
bus ſbiectis: nō habet apparentiaꝫ: ſalua
reuerētia doctoris eiuſdē. certū em̄ eſt ꝙ i ſa
cramēto altaris albedo eſt ſepata: ſalteꝫ a
materia vel a ſbſtantia. ita illa que eſt hic
nō eſt eadē cum illa que eſt rome. Et ſi di
cat̄ ꝙ nō eſt ſepara a magnitudine: nō eſt
ad ꝓpoſitum. quia magnitudini nō inhe
ret. qꝛ eſt ſine ſbiecto: etiā vt dicit fides ve
ra. Item ples anīe ſunt in paradiſo: et cre
do ꝙ manent diſtincte. ꝛ ꝑ fundamentuꝫ
iuxta veritatē nō eſt firmū. Unde ad for
mā rōnis dr̄: ꝙ duo angeli tales eſſent di
ſtincti ſeipis vel ſuis eſſentijs numeraliter
vel actibꝫ qui ſūt ipi ſiue ſpecificis. Et q̄n
dicit̄ ꝙ in illo actu ſpecifico cōueniūt: dicā
tur ꝙ veꝝ eſt in ſpecie: ſꝫ non in identitate
numerali: ſic due anīe intellectiue in celo.

Vnde ſi actus ſpecifici omniū indiuiduo
rū vnius ſpēi eſſent vnus in numero: ſicut
imaginat̄ Plato.7.meth.ratio ꝓcederet
ſed iſtud nō eſt verꝫ.ſolum em̄ ſunt vnū in
ſpecie vel genere: ꝛ ſingulorꝫ diuerſorꝫ i nu
mero; ſinguli actus eis proprij numero ꝯ
Cōclō 4 inuicē diſtincti.¶ Quarta concluſio ponit̄
probabilr̄.nihil ꝓhiberet angelos ſpēaliſ/
ſime ſimiles eſſentialiter iuſta ꝛ ꝯgrua dei
diſpoſitiōe eſſe ineq̄liter ꝑmiatos: imo vnū
eſſe de ſeraphin: ꝛ aliū eſſe de infimo choro
angelorꝫ apparet.q2 ita cōiter tenet̄ de hoi
bus ꝙ q̄ꝫuis eſſentialr̄ ſimiles: tn̄ in ſingul̄
choris erūt ex bonis repatōnes.q2 nō ex eſ
ſentia: ſed ex grā chori diſtinguūt: modo
poſſunt et ſunt in grā ineq̄les.q̄re ergo nō
poſſet ita fuiſſe de angelis. Et ꝯfirmat̄.q̄a
cōuerſione ad deum grām cōſecuti ſūt: vt
dicit magiſter in lrā.licet nō ex merito: ſed
dono dei gratuito ſaltē.mō certuꝫ eſt ꝙ hec
cōuerſio erat actus volūtatis: ſuſcipiens
magis ꝛ minus.ꝛ ergo ſtetiſſet ꝙ in bonis
vni9 ſpeciei ſpiritib9 vn9 maiori conatu et
feruētiori deſiderio fuiſſet cōuerſus ad deū
q̄ꝫ alter. q̄ꝫuis em̄ eque abiles ꝛ eque mo/
biles erant: q̄ in vna ſpecie erant natura/
liter. quid tamē ꝓhibet ꝙ cum motum vo
lūtatis ad deū ꝓducebant libere ꝙ vn9 ma
iori conatu ſe ad deū cōuertiſſet q̄ꝫ alter. et
fortaſſis ſpēali dei ꝑuentōe ptꝫ ꝙ iſtud nō
claudit repugnantiā.q2 etiā in hominib9
q̄nq̄ꝫ a charitate minore fit minor conat9:
Cōclō 5 et alia ꝛ alia ꝑuentiōe dei.¶ Quita cōclu/
ſio ſtaret angelos eiuſdē ſpēi auerſos: iuſti
cia diſtributiua dei punicie miſericordie et
cōgrue ꝓ demeritis inequaliter puniri.ptꝫ
ex ꝓporcionali fundamēto.ſi ineq̄lr ſe aū/
tiſſent ſeu ſi lucifero ſupbienti alter min9:
et alius magis conſenſiſſet. He cōclōnes
vident̄ mihi ꝓbabiles: cū hūilitate tamē
ſic expreſſe.ſed ꝑ eas adhuc nō eſt reſpon/
Cōclō 6 ſum ad articulū ſeu ſuppoſituꝫ.¶ Et ideo
cōſeq̄nter ſextā pono cōclōnem.ꝙ dubiū ē
viatorib9 an ſint plēs angeli eiuſdē ſpeciei
ſpēaliſſime: niſi fuerit ꝑ deū alicui reuela/
tum.patꝫ.q2 per concluſionē tertiā poſſūt
eſſe: ꝛ neſcimus vtrum ſint vel non ſint.ꝫ
Dubiū. manet dubiū an ſint vel nō ſint.¶ Sꝫ q̄d
Cōclō 7 eſt probabilius dices: ¶ Vbi ꝑmo pono
ſeptimam concluſionē.ꝙ phus in puro lu
mine naturali loquens diceret: ꝙ nō ſūt plēs
vni9 ſpeciei.patet per rōnes adductas an/
te oppoſitum: ꝛ per auctoritates Ariſto/
telis ibi allegatas.tum q2 ꝑpetui.phi aūt
in ꝑpetuis nō ponunt plura indiuidua ſb
vna ſpecie.ſꝫ cauſa generatōnis ſolū.Vn̄
Auicenna ſexto ſue meth.c.v.dic̄.Si poſ
ſibile eſſet homines ꝑmanere ſicut perma
net ſolꝛ celū: nō eſſet opus generatōe.mo
do angeli ꝑpetui ſunt.et phus ꝛ cōmenta
tor ſuus in.xij.metha.nihil pōt multipli
cari in eadē ſpē: niſi q̄d habet materiā.Itē
dicit Algaſel.4.metha.ſue in fine: ꝛ ē ve
rum ꝙ ex lumine naturali nō poteſt cōuin
ci aliud.¶ Octaua cōcluſio videt̄ mihi ꝙ Cōclō 8
niſi eſſent tot doctores in ꝯtriuꝫ de alia opi
nione: ꝙ apud fidelē eſſet ꝓbabili9 ꝙ plu/
res angeli eſſent eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime eſ
ſentialis.¶ Motiua.q2 ex quo q̄tidie ſili ꝑma rō.
bus homib9 pro cuſtodia deputant̄: videt̄
ꝓbabile ꝙ eſſent ſimiles illi inferiores.q̄/
re em̄ vni ſimplici laico ſupior eſſet deputa
tus: ꝛ alteri inferior.¶ Scdꝫ.q2 nō videt̄ 2
ꝙ illa dulciſſima armonia ſpūalis laudis
erit in q̄libet ſpecie angelorꝫ ſolū in vno or/
gano.ſed ſicut in multis organis eiuſdeꝫ
ſoni fit armonia muſical̄ apud nos.ꝙ ita
etiā in vna ſpecie angelorꝫ plura ſint orga
na: ꝛ naturalr̄ ꝛ ex gratia ſonantia ſili lau/
de ſpūali.¶ Qd̄ probat̄.q2 vtiq̄ꝫ plēs aīe Confir.
hominū ſimili laude veiſilr̄ ſonabunt.vt
om̄es mortui cū pura gratia baptiſmali:
qui et ſm̄ ſpeciē ꝛ ſm̄ grām ꝛ ſm̄ dotes cor
poris erūt pares.¶ Qd̄ confirmat̄.q2 ſi re/ Confir.
parant angelorꝫ ruinā videt̄ ꝙ laudē eorū
implebūt quā impleſſent angeli ſi ſtetiſſet
et cum ſili laude ſonant: illi ſi ſteriſſent: eti
am eadē laude ꝛ eodē tono laudaſſent: et
ſic eiuſdē ſpeciei extitiſſent. Ad hoc pt̄ ad/
duci auctoritas Damaſceni in elemētario
dicentis. Vnaq̄ueq̄ꝫ ſpēs vna natura ē.ve
lut om̄es angeli vna natura ſunt: ꝛ altera
natura hominū: ꝛ altera angelorꝫ.Itē ibi/
dem dic̄ hypoſtaſes Michael Gabriel ꝛ
reliqua ſm̄ ꝑtem angeli: ſpēs aūt contenti
ua iporꝫ angelica natura. Et btūs Anſel/
libro.ij.Cur deus hō dicit: ꝙ om̄es angeli
ſūt eiuſdē nature.¶ Forte ꝙ aduerſari9 di Notā.
cet: ꝙ he auctoritates loquunt̄ de ſpecie ſb
alterna.ego aūt nihil aſſero.q2 q̄litates eſ
ſentiales btōrꝫ ſpūum penit9 ignoro. Hoc
de ꝑmo articulo.

Quantū ad ſecū/ Ar.2.di
dū articulū ſic intēdo ꝓcedere. Primo vo/ uidit i 4
lo inq̄rere an aliq̄s in inſtāti mereri vel pec

nō. 2 legi dnm

care poſſit. Scđo vtrũ angelus in princi/
pio inſtantis ſui eſſe peccare potuerit. Et
tertio vtrum de facto in p̄ncipio ſui eẽ pec/
cauerit. Et quarto vtrũ a p̄ncipio debitor
q̃tũ ad 1 pen̄ę produci pōtuerit? ¶ Quantũ ad pri
mã partẽ noto ꝙ per peccare in inſtanti in/
telligo: vtruʒ aliq̄s poſſit in ſe ꝓducere a/
ctum demeritoriũ totũ ſimł ſic ꝙ nunc ſit
totus: ⁊ nihil eius fuerit antea. Eodẽ mo
do mereri in inſtanti voco ꝓducere ĩ ſe a/
ctuʒ meritoriũ totũ ſimul: ſic ꝙ nihil eius
fuerit antea: ſed ſine ſucceſſione ſit act⁹ cõ
Cõclo. 1 pletus. ¶ Hoc p̄miſſo eſt prima ꝯclo hęc.
Aliq̄s pōt peccare mortaliter in inſtãti. ꝓ/
bał ſic. eſt dare in eo qui peccat p̄mum in
ſtans nõ eſſe gratię. g̃ eſt dare p̄mũ inſtãs
eſſe pcti mortalis. ꝯñа tenet. q: nõ eſt me/
diũ inter gratũ ⁊ ingratũ ⁊ inter iuſtum ⁊
pctõrem: iuxta legẽ ordinatã. ⁊ ergo in eo
inſtanti in q̃ p̄mo nõ eſt gratus: eſt ingra/
tus ⁊ ſb peccato mortali. Et ꝯfirmał cõſe/
quẽtia. q: dato p̄mo inſtanti in q̃ ñ ẽ gra/
tus: quero a te: vtrũ in eo peccat vel an vł
poſt? Si dicis ꝙ in eo peccat: ꝓpoſitũ hẽ.
Si dicas ꝙ ante: cõtra. ante ſemꝑ erat in
gratia: cũ illud ſit p̄mũ inſtans nõ eẽ gra/
tię. nõ aũt potuit ſimł eſſe in gr̃a ⁊ ſb mor
tali peccato. Nec pōt dici ꝙ poſt p̄mo pec
cabit. q: tunc in iſto inſtanti nõ eſſet pctõr
et tamẽ eſt ingratus. g̃ aliq̄s hõ eſſet igra/
tus ⁊ ſine pctõ: qđ legi ordinatę dei repu/
gnat. añs ꝓbał. q: gratia eſt res naturę ꝑ/
manẽtis: ⁊ in talibꝫ datur p̄mũ inſtãs nõ
eſſe: ⁊ nõ vltimũ inſtans eſſe. vt trahitur a
pho. 8. phiſicoꝝ. inſtãs trãſmutatiõis in/
ſtantanee eſt attribuendũ poſteriori paſſi
oni. id eſt termĩo ad quẽ. Cõfirmał ſic. q̇a
capiał totũ tempus ꝑ qđ cadẽs a gr̃a debi
tor eſt ęternę mortis: ⁊ querił a te. vtꝝ in p̄
mo inſtanti illius tp̄is ſit in eo gr̃a: vł nõ?
ſi dicis ꝙ non: ⁊ ſemꝑ añ fuit in gr̃a: cũ an
te nõ fuerat debitor ęt̃nę mortis: ſequił ꝙ
illud eſt p̄mũ inſtans nõ eſſe gratię. quod
erat antecedẽs ꝓbandũ. vel eſt adhuc ĩ eo
gratia? ⁊ ſequił ꝙ nõ eſt ꝓ eo debitor mortꝭ
cũ grat⁹ ſit. g̃ nõ per qđlibet hmõi tp̄s ẽ de
bitor ęternę mortis. q: nõ eſt in eius p̄mo
p̄ncipio. Correlariũ. hęc ꝯña de lege com/
muni videł bona. om̄is hõ ſemꝑ eſt grat⁹
vel ingratus. ⁊ iſte homo eſt nũc grat⁹. er
go poſt hoc erit gratus. ꝓbał ex ꝓbatione
cõclõnis ⁊ ꝯclõne. q: cũ ſit dare p̄mum in
ſtans eſſe pcti ⁊ in iſto nũc ſit grat⁹: neceſ/
ſario inł p̄mũ inſtãs pcti hui⁹ hoĩs ⁊ nũc
p̄ſens erit tp̄s mediuʒ: in q̃ ſi nũc eſt grat⁹:
etiã erit grat⁹: eo ꝙ totũ illud p̄cedit p̄mũ
nũc eſſe pcti. Scđm correlariũ. ſm legem
ordinatã vidr ꝙ neceſſario ſi q̇s eſt nunc
grat⁹: etiã poſt erit grat⁹. ſequił ex p̄mo. q:
nõ eſt dare vltimũ eſſe gr̃ę: ⁊ ſm legẽ neceſ
ſariũ ẽ ꝙ q̄ʒdiu durat gr̃a: ꝙ tã diu erit gr̃⁹
¶ Scđa ꝯclo eſt. exñs in gr̃a pōt ſił ⁊ ſbito Cõclu
ꝓducere in ſe electõem meritoriã. ꝓbał ſic.
q: nõ min⁹ p̄t habita gr̃a ſbito in bonũ q̄ʒ
in malũ. ſʒ pōt ſbito in pctm̃. g̃ pōt ſubito
in bonũ. maior vidr manifeſta. q: ęq̄ inſtã
tanee pōt volũtas eligere bonũ ſic maluʒ
et meritorie ſtãre gr̃a. minor eſt ꝯclo pręce
dẽs ¶ Scđo ſic. q: vbi nlła ẽ cã ſucceſſiõis 2
ibi pōt act⁹ fieri tot⁹ ſimul. ſʒ nulla ẽ cã ſuc
ceſſiõis electõis ꝓducẽdę: ſtãte ꝑfecta rep̄
ſentatõe intellect⁹. igił pōt electio fieri ĩ in
ſtanti ⁊ tota ſimł. maior nota eſt. q: vbi ne
ceſſario eſſet ſucceſſio: ibi vtiq; deberet eẽ a/
liqua cã ſucceſſiõis. ⁊ minor ptʒ. q: ĩ volũ
tate deliberãte ſtante clara repſentatõe bo/
ni: nulla eſt cauſa ſucceſſiõis. q: ibi nulla ẽ
reſiſtẽtia ex ꝑte recipiẽtis: nec deficit aliqđ
agẽs req̇ſitũ. ¶ Tertio eſt dare p̄mum in/
ſtans electõnis. g̃ ꝯclo eſt vera. ꝯña tenet 3
q: ſi eſt dare p̄mũ inſtãs eius: ⁊ qñ ẽ ex ca/
ritate: eſt meritoria. habeł ꝓpoſitũ. añſ ap
paret in volũtate deliberãte de aliq̃ actu bo
no: ⁊ poſt ſe determinãte: tũc manifeſtuʒ ẽ
ꝙ in p̄mo inſtãti đterminatõis iſta electio
ſiue volitioẽ: ⁊ ante nihil ei⁹ fuit. g̃ h̃ eſt pri
mũ inſtans eſſe eius. Cõfirmał. q: cõmen
tator. iij. de aĩa dic: ꝙ intellectio eſt actio
ꝑfecta: ⁊ fit in inſtãti. g̃ eadẽ rõne volitio.
¶ Quarto. ſi viſibile ſbito poſſet p̄ſentari
oculo: viſio fieret in inſtãti. ideo phs. x. ęth 4
dicit ꝙ viſio ⁊ delectatio fiũt in inſtãti. mo
do elegibile eſt volũtati deliberãti plene re
p̄ntatum: ſic ꝙ ſine ꝯcurſu noue cauſę poſ
ſit ipm eligere. g̃ pōt ſbito determinãdo ꝓ/
ducere actũ volẽdi reſpectu ei⁹. Cõfirmał
ex eodẽ. q: delectatio volũtatis pōt fieri ĩ
inſtanti. g̃ electio. ꝯña tenʒ. quia electio vł
eſt ipamet đlectatio: vt q̇dam dicũt. vel ĩ
ſeꝑabiliter illi annexa vt forma ſuꝑueniẽs
et ꝑficiens electõem. iuxta illud phi in eo
dem. x. ꝑficit aũt optõem delectatio: ⁊ ex q̄
impoſſibile eſt ꝙ ip̄a fiat in breuiori men
ſura q̄ʒ electio cui eſt annexa. añcedens eſt
philoſophi in littera iam allegata viſio ⁊
delectatio fiunt in inſtanti. Correlariũ. a/

liquis põt meritoꝛie agere in inſtãti.ſequi
3 ↄclões tur ex cõclõne.¶Sed ↄ iſtas ↄclões ſũt
fortiſſime rõnes: ⁊ mirabiliter apparẽtes.
3 pmaȝ. ¶Unde arguit̃ pmo ſic cõtra pmã.Si a/
liquis poſſet peccare moꝛtaliter in inſtan/
ti:ſequeret̃ ꝙ pctm̃ contractũ p aliqđ tem/
pus ſcȝ p vnã hoꝛã: eſſet actu infinituȝ in
rõne demeriti.falſitas ↄñtis eſt manifeſta
qꝛ tũc eſſet ita malũ qđ nõ poſſet eſſe peiꝰ.
2 ¶Item eſſet tantũ in rõne demeriti ſic deꝰ
3 per omĩpotẽtiã ſuaȝ ſufficeret punire.¶Et
tertio.ꝙ ſi adhuc vltra ↄtiuaret̃ ꝙ eẽt ma
ius in rõne demeriti q̃ȝ deus poſſet punire.
qꝛ eſſet maius pmo.qđ tñ eo ꝙ infinitum
erat tm̃ in eſſe demeriti ſic deus in ꝟtute pu
niendi.pbat̃ tñ ↄña.qꝛ demerituȝ ꝙ cõpo/
neret̃ ex infinitis demeritis non cõicantibꝫ
quoꝝ qđlibet eſſet tm̃ ſicut eſſet hoc certũ
datũ: h in rõne demeriti eſſet actu infini/
tum.ſed iſtud eſſet hmõi.igit̃ ⁊c̃.pȝ maioꝛ
qꝛ eſſet tantũ q̃ntũ fuit pmũ demeritũ: et
quãtũlibet maius.hoc aũt vocat̃ infinitũ
4 ¶Item ſine pporcione excederet datuȝ fi
nitũ demeritum eiuſdem ſpẽi.qđ nõ eſſet:
niſi eſſet infinitũ.pbatur minoꝛ. ⁊ ſignet̃ p
mũ demeritũ: qđ eſt in pmo inſtanti. ⁊ ſit
a.et demeritũ totius hoꝛe vocet̃ b.tũc ar/
guit̃ ſic.b ⁊ a ſũt eiuſdẽ ſpẽi in eſſe demeri/
ti.qꝛ ſunt demerita reſpectu eiuſdẽ electõis
male vt ſuppono. ⁊ b cõponit̃ ex infinitis
demeritis nõ cõicantibꝫ quoꝝ quodlibȝ
eſt tãtũ q̃ntũ eſt dmeritũ a.g̃ mioꝛ fuit ꝟa.
et pȝ minoꝛ.quia in hoꝛa ſunt infinita i/
ſtantia.vt ſuppono ex.vj.phiſicoꝝ: et nõ
cõicantia. ⁊ ex q̃ actus malꝰ ſine remiſſiõe ẽ
cõtinuatꝰ equale demeritũ eſt in quolibet
inſtantiũ: quantũ eſt in a.qꝛ eq̃lis auerſio
a deo.g̃ in quolibet inſtantiũ hoꝛe nõ mi/
nus demeret̃ q̃ȝ in a demerebat̃.¶Silr̃ mo/
do poſſet argui cõtra ſcđam ↄclõnẽ ꝙ actꝰ
3 ſcđam meritoꝛie factus p hoꝛã ↄtinuatꝰ eſſȝ infi
nitus in eſſe meriti.¶ Scđo ↄ eãdẽ argui
tur ſic.qꝛ ſi eſſet vera cõcluſio pma ſeque/
ret̃ hoc ↄñs: ꝙ duo demerita ex parte agen
tiũ oĩmode paria: vnũ inſtantaneũ ⁊ aliđ
continuatũ per aliquod tp̃s eſſent eq̃lia.
falſitas ↄñtis pbat̃.qꝛ tũc nõ pueniret bo
nũ ex ↄtinuatõe actus. ⁊ pȝ ↄña.qꝛ eliciãt
ſocrates ⁊ plato ex omnibꝫ circũſtãtijs pa
ribꝫ: equales electõnes demeritoꝛias. ⁊ du
ret ſocratis p inſtans p̃ciſe. ⁊ platonis per
hoꝛã: tunc demeritũ factũ per hoꝛã eſt ma
ius; ⁊ nõ niſi finite: ſit igit̃ duplũ: ponebat̃
ergo tertius q̃ ceteris paribꝫ oĩno eodem
mõ demeruit ſicut plato p dimidiã hoꝛaȝ
hmõi demeritũ ad demeritũ platonis erit
ſbduplũ .qꝛ p ſbduplũ tempꝰ cõtinuatuȝ
et ex alijs omĩbꝫ equale. ⁊ tm̃ eſt demeritũ
ſocratis p caſum: g̃ demeritũ inſtantaneũ:
et per dimidiã hoꝛã cõtinuatũ. in omĩbuſ
alijs paria ſũt p̃ciſe eq̃lia.¶ Eodẽ mõ põt
argui de merito ↄ ↄclõnem ſcđam.¶ Ter/ 3 ↄ pmã
tio ſic.qꝛ ſequeret̃ ꝙ in caſu poſſibili deus
dmerita nõ poſſet ſufficiẽter punire. ⁊ ſic ñ
poſſet deus tm̃ vniuerſum reformare ⁊ vo
luntatẽ: q̃ȝtũ ipa ſeipam ⁊ vniũſm pt dif/
formare.falſitaſ ↄñtis pȝ.pbat̃ ↄña.pro
qua ſupponit̃ ꝙ volũtas eſt finita ⁊ capa
citatis finite.Scđo. ꝙ eſt dare penam p
deum pducibilẽ ita magnã ꝙ volũtas nõ
eſt eius receptiua: etiã finitã.pȝ.qꝛ finite
receptm̃ nõ q̃ȝtũlibet magnũ finitũ põt re/
cipere.ſit g̃ hec pena quã volũtas pctõꝛis
nõ põt recipe.c. ⁊ demeritũ inſtantaneũ.d
tunc cũ hec ambo ſunt finita.ſcȝ c ⁊ d.erit i
ter ea certa vel determinata pportio.ſit igi
tur ꝙ c excedat demeritũ in decuplo. g̃ cuȝ
volũtas põt centies peccare tantũ q̃ntũ fe
cit demerendo inſtãtanee: ſequit̃ ꝙ põt de/
mereri penã d ⁊ p caſum illã nõ põt recipe
re.ergo volũtas põt tantũ demereri ꝙ deus
eam nõ põt debite refoꝛmare: vl' ſufficiẽter
punire. Eodẽ mõ argue de merito.¶.quar
to.qꝛ dicit cõmentatoꝛ.vj.phiſi.cõmento 4 ↄ pri/
xxxij.ꝙ omĩs trãſmutatio inſtantanea eſt mam
finis alteriꝰ mutatõnis.ſȝ hoc nõ eſſet ita
ſi volũtas põt peccare in inſtãti.igit̃ cõclõ
falſa.ↄña nota.pȝ minoꝛ.qꝛ volũtas poſ
ſet in ſe pducere electõeȝ ſbito ſine aliqua
mutatõne in ea p̃cedẽte imediate.¶ Qui/
to.ſequeret̃ ꝙ aliq̃s iuſte etiã de lege oꝛdia 5 ↄ pmã
ta poſſet plus puniri p venialibꝫ q̃ȝ p ma
ximo pctõ moꝛtali facto in eodẽ tp̃e vl' ma
ioꝛi.falſitas cõſeq̃ntis videt̃ nota. ⁊ pbat̃
ↄña.quia p pctõ moꝛtali debet̃ pena fini/
ta intenſiue. ⁊ p veniali inſtãtanee cõmiſ/
ſo etiam aliqua finita inter que erit ppoꝛ/
tio.ſi ergo eſſet centupla: ſi igitur pro cen/
tum inſtantibꝫ peccaret̃ venialiter equali
ter ſicut erat primũ que tamẽ nõ equarent̃
hoꝛe: poſſet tãta pẽa deberi centũ venialibꝫ
ſicut vni moꝛtali.¶Sexto contra ↄclõneȝ
ſcđam ſpẽaliter .ſequeret̃ ꝙ anima exiſtẽs 6 ↄ ſecũ/
in charitate intra vnam hoꝛã poſſet ade/ dã
quari in caritate anime chriſti.falſitas cõ
ſequentis ſupponitur.pbatio conſequẽtie

quia ex quo in inſtanti poteſt mereri ꝓ il/
lo debet augmentũ charitatis. ꝛ cum cha
ritas chriſti ſit inteñſiue finita: erit ꝓportio
huius augmẽti ad eãdẽ. ſit ergo ꝙ ſit mil/
lecupla ad iſtud augmentũ. ꝛ tũc ſi iſte in
mille inſtantibꝫ hmõi meritũ in ſe ꝓduce
ret: tãta maioratio charitatis in eo ſurget
2 quãta eſt in aĩa chriſti. ¶ Scdo. qꝛ ſi cõ/
cluſio eſſet vera: ſequeret ꝙ ꝯtinuatio act⁹
boni in caſu eſſet nociua. falſitas ꝯñtis pꝫ
ꝓbatur ꝯña. qꝛ cũ pro actu cõtinuato de/
bet meritũ finitũ ꝛ certę ꝓportõis ad me/
ritũ inſtantaneũ: ſic ꝙ ſit decuplũ: tunc ſi
quis p totã noctẽ cõtinuat electõem bonã
habebit meritũ decuplũ ad meritũ inſtã/
taneũ. ꝛ ſi cẽties interrũpet infra horaꝫ: cę/
teris paribꝫ: hꝛet meritũ centuplũ. g̃ tolle/
ret ei ꝯtinuatio nouã ptẽ meriti. Hęc ſũt
difficilia ꝛ tangũt alia difficiliora: ꝛ ideo
dicã ad ea ꝓbabilit ꝓut poſſum ſbmittẽs
p ſolone me correctõni meli⁹ intelligentiũ. ¶ Pro
quaꝝ ſol'one noto: ꝙ in pctõ vel actu me/
ritorio põt ꝯſiderari duplex demeritũ: vl'
duplex meritũ. Primũ vocat demeritum
contractũ: qd etiã a doctoribꝫ vocat pęna
cõtracta. Et hoc in pctõ cõſiſtit in tribꝫ. q̃
rum primũ eſt electio mala. vl' omiſſio bo/
ni debiti. Scdm habit⁹ malus inductus
nã ex ſilibꝫ opꝫibꝫ ſimiles habitus fiunt.
vt dicit. ij. ethicoruꝫ. ꝛ tertio deformitas.
Similr ¶ Eodeꝫ modo in actu bono ꝛ merito tria
poſſunt bona ꝯſiderari. quę vocant meri/
tum contractũ. ſcꝫ ipa electio bona ex cha
ritate facta. Scdm bonus habit⁹ ſequẽs
actõem ꝛ augmentũ charitatis. Et tertiũ
rectificatio mẽtis: vel pulchritudo vl' ele/
uatio eius in deum. q̃ nõ eſt aliud niſi ip
Scdm ſa mẽs p̃dictis adornata. ¶ Sicut etiam
tertiũ in vicio ſcꝫ deformitas nõ eſt aliud
niſi ipa anima ſic deturpata. Demeritum
aũt inflictum vocat pęna correſpõdẽs p̃/
dictis in peccato qua debite puniret: vt
vniuerſum p pctm̃ impunitũ deordinatũ
per correſpõdentẽ pęnã reordinaret pulch
rius effectu iuſticię ſit reordinatũ. ¶ Eodẽ
Similr modo meritum ſiue premiũ actus meri/
torij ſibi de congruo correſpondẽs et de le
ge ordinata dei eſt vita eterna. ¶ Scdo p̃
Notã. 2 mitto ꝙ formale quo quis demeret ẽ auer
ſio a bono icõmutabili: ſicut formale quo
quis meretur eſt grã ꝛ ex grã ad ipm con/
3 uerſio. ¶ Tertio noto ꝙ pncipaliter quis
meret ex dei acceptatione operis ex chari/
tate facti. de hoc fortaſſis al's erit ſermo.
¶ Quarto p̃mitto ꝙ nõ eſt in poteſtate vo 4
luntatis actuꝫ libere in ſe formãtis ſe ſta/
tim pro quolibet nunc ab illo actu auerte
re. de quo magis dicet poſt. qꝛ eſt aliqd mi
nimũ temp⁹ ſenſibile: vel ab intellectu per
ceptibile ſeorſum quo nullũ min⁹ ꝑcipere
põt: vl' ſaltẽ maximũ qd ꝑcipere nõ põt di
ſtincte ſeorſum. Iſtud eſt notũ. qꝛ ita ẽ in
partibꝫ cõtinui ꝑmanẽtis. quare ergo non
in ſucceſſiuis. . ꝛ ideo eliciẽs nunc aliqueꝫ
actum nõ ſe auertere imediate poſt ab il/
lo: nec in medio tempis minimi ꝑceptibil'
quia nõ põt ſe auertere: niſi ſciat ſe ab illo
auertere. modo non poteſt ſcire ſe ab illo
auertere q̇n ſciat ſe illud habuiſſe. ꝛ iã nõ
habere. ¶ Correlarie ſequit. ſtante lege cõ/ Correl.
muni hęc ꝯña eſt bona. iſte in hoc inſtan/
ti vult bene. ergo imediate poſt hoc volet
bene: ꝛ eodẽ modo vult in hoc inſtãti ma
le. ergo poſt hoc volet male. ptꝫ ex notabi
li. qꝛ nõ põt ſbito ſe auertere. ¶ Scdm cor Corre. 2
relariũ. aliq̃s ex ſua culpa ligat ad ĩpoſſi/
bile vel ad ꝯdictoria. ptꝫ. qꝛ in ſtãtanee in
ſe ꝓducens electõem fornicatiõis obliga
tur ad eam nõ habere ex lege. ꝛ etiã ad eã
ſtatim dimittere. et per notabile impoſſi/
bile eſt ei eam ſtatim dimittere. verũ eſt ꝙ
de illis poſtea erit ſermo. ¶ Quinto p̃mit Notã 5
to ꝙ deus principaliter ĩtuet cor. habet. j.
Regum. xvj. vnde premiat voluntatẽ pn
cipaliter et nõ actus. ¶ His p̃miſſis reſpõ/
detur ad has rõnes. ¶ Ad primã negan/ Ad 1
do conſequentiã. Ad ꝓbatõem ꝯñę quã/
do dicitur ꝙ demeritum compoſitũ ex in/
finitis demeritis ꝛc. concedit maior: ſi ali/
quod eſſet tale. ꝛ neget minor. Ad ꝓbati/
onẽ quãdo dicit. ſignet p̃mũ demeritum
quod eſt in primo inſtanti: hoc eſt aliquã
tum. concedit iſtu d. ꝛ ꝙ vocetur a ꝛ deme
ritum totius horę b: ꝛ ꝙ ſunt eiuſdem ſpe
ciei a ꝛ b. ꝛ negetur ꝙ b ꝯponat ex infinitis
demeritis nõ communicãtibꝫ: quoꝝ qlĩ
bet eſt tm̃ ſicut a. ꝛ ad probatõem. conce/
ditur ꝙ in hora ſunt infinita nõ cõicãtia.
ſed neget ꝙ in quolibet eorum: q̃uis actus
continuet ęque fortis per totam horam ſi
cut demeret in a. nam in a ſi propoſuit cõ
tinuare actum per totum: tm̃ demeretur
demerito extrinſeco quantũ eſt de ꝑ ſeq̃n
tum in tota hora. quia ſi in a decederet vl
ſtatim poſt a: tantũ puniretur ſaltem q̃n/
tum eſt de per ſe. ꝛ de per ſe ſicut ſi actũ per

totam horam cõtinuaret:eo ꝙ voluntas reputatur pro facto a dño qui intuet cor.
Notãd ¶ Dico notãter ꝙ q̃ntum eſt de per ſe.quia nolo negare quin de per accidens cõtinuatio actus ſi ſit delectabilis poſſit augere demeritũ.eo ꝙ cõcupiſcẽtię opatio auget conatũ.p.ethicoꝝ. Jtẽ dico de demerito extriſeco.quia in demerito cõtracto plus demeret lõgiori tempe agẽs.ſcꝫ in longitudine actus ⁊ in gña⁊õe mali habit⁹.
Simili ¶ Eodẽ mõ diceret de actu meritorio:ꝙ ſi volũtas eligẽtis meritorie intẽdit ꝯtinuare actõeꝫ per integrã horã ꝙ pꝛemiũ eſſentiale extriſecum de p ſe debitũ eſt ęquale:ſi ſtati poſt hoc inſtans vel ꝓductõem electõnis decederet. ſicut ſi illũ actũ p totaꝫ horam continuaret.deus eñ intuẽs cor quãdo per voluntatẽ nõ ſtat quo minus habet eaꝫ p facto ⁊ pmiat eam p facto. Si vo in inſtanti electõnis meritorię:nõ intendit actũ ꝓductũ cõtinuare p totam horã vl' ſimpliciter ad nullũ tps ſe determinat.⁊ tũc in pmo eſt actus ita bonus ſicut ipe cõtinuat⁹ per minimũ tps pceptibile.q: ad min⁹ implicite ſe determinauit eligẽdo actũ:eo ꝙ i minori tpe nõ põt ſe ab illo actu diuertere.⁊ q: talia nõ ſunt infinita in hora:non
Simili erit meritũ toti⁹ infinite maius.¶ Eodeꝫ modo de demerito.q: ſi in actiõe praua eligens intẽdit eã ꝯtinuare per datũ temp⁹ certũ:erit actio in pmo inſtãti tantũ demeritoria ſic cõtinuata p totũ tempus.ſi aũt nõ determinat ſe volũtas ad tempus: tũc erit in pmo inſtãti ſui eſſe electio tm̃ mala et demeritoria q̃nta eſſet p temp⁹ cõtinuatũ:pro quo nata eſt fieri ⁊ manere.q: eligẽdo ſic implicite ad illud tps ſe ligat. nõ ei põt ſtatim ab actõe reſilire.Et q: hmõi tẽpora nõ ſunt infinita in hora:ideo demeritũ totius horę nõ excedet iſtud infinite.e/
Solo tionis. ſto ꝙ actus p horã cõtinuet.¶ Per hoc pꝫ quid dicen dũ ad ſcðam.q: loquẽdo de demerito extrinſeco ⁊ de p ſe electõni debito cõcedit ꝯña ⁊ ꝯñs.Ad improbatõem cõſequẽtis neget ꝯña:cum infert ꝙ nõ prouenire bonũ ex cõtinuatiõe actus boni.hoc eñ nõ ſequit.q: electio nõ ẽ pfecta niſi cõtinuet actio:ceſſante impedimento.ſed bene cõcedit ꝙ nouũ meritũ extrinſecũ nõ attingit ex continuatõe actus:quod nõ fuit habitũ:vel fuiſſet ſi volũtas ſtatim p⁹ primũ inſtans electõnis defeciſſet ⁊ per eã nõ ſteiſſet:quo minus fuiſſꝫ actus cõpletus

¶ Ad tertiã neget ꝯña:ſaltẽ in eodem gñe pęnę.pura pęna ſenſus.⁊ ad ꝓbatõeꝫ ad mittunt ſuppoſitõẽs.⁊ ꝙ c ſit decupluꝫ ad dmeritũ inſtantanẽũ.⁊ hoc ſtante dicit ꝙ q̃uis volũtas nõ poſſit tantũ demereri in hac vita quin poſſit demereri plus:tñ nunq̃ põt demereri tantũ quantũ eſſet demeritũ corñdens ipi c.Et qñ dicit ꝙ põt infra vnam horã centies demereri tantũ quãtum fuit demeritũ d.pꝫ ex dictis ꝙ eſt falſum.q: nõ omne demeritũ inſtantaneũ eſt ęquale:imo põt eſſe tantũ quantũ correſpondebit reſiduo vitę ſi electio ſit talis et pro toto tempe vitę.¶ Ad quartã ꝙ cõmentator loquit de mutatõe inſtantanea quę eſt inter ꝯdictoria in motib⁹ naturalibus:vt vult:ꝙ mutatã eſſe eſt pmo i inſtãti.ſecus de agentib⁹ ſine reſiſtẽtia:ſic in dei creatõne vel volũtatis electõe ⁊ in agentibus libere ſuos effectus ꝓducẽtib⁹. ¶ Ad quintã impertinẽs eſt.q: ſiue electio fieret i inſtãti:ſiue nõ:ratio ęqualiter ſtaret.⁊ concedit ꝙ intẽſiue ad tẽpus plus põt q̃s puniri pęna ſenſus pro mltis venialib⁹ q̃ alius intẽſiue p mortali ęternaliter.nec ẽ inconueniẽs.¶ Ad ſextã neget ꝯña.ad ꝓbatiõnẽ ꝯñę:pꝫ ex dictis:ꝙ licet infinita ſint i ſtantia:nõ in quolibet eoꝝ meret ęqualr p mo inſtanti.⁊ ergo rõ nihil valet.ſupponitur eñ in ea:ꝙ in quolibet inſtanti mereat ęqualr inſtãti pmo.¶ Ad ſcðam ꝯ ꝯcluſionẽ illã:q̃ eſt ſeptima.neget ꝯña: q̃cq̃d ſit de añcedente.Ad ꝓbatõeꝫ ꝯñę:placꝫ qð aſſumit.q: in caſu põt eſſe decuplũ.⁊ quãdo dicit:ſi cẽties interrũperet reſpectu meriti pmi inſtãtis habebit meritũ centuplũ Dicit ꝙ hęc ratio fundat in falſo fundamto.quia nõ oportet ꝙ act⁹ reſumpt⁹ ſit q̃lis priori.nõ eñ oportet imo ſtaret ꝙ act⁹ pmus in ſtãtaneus eſſet melior cõtinuat⁹ q̃ quocienſcũq̃ infra horã reſumere poſſꝫ vt ſi eſſet elicitus vt p horã duraret infinite melior eſſet aliquo actu poſſibili elicit.ſ. in duplo q̃ ſi eliceret vt duraret per dimidietatẽ horę:⁊ in centuplo q̃ ſi eliceret per centeſimã partem horę cõtinuãdus:⁊ ita deinceps.¶ Et ad formã vltra dicit. ꝙ ſi primo eligat per horã cõtinuare: tunc interruptio ad dimidiũ vel aliam partẽ horę derogaret primę electõni ⁊ diminueret. quia nõ cõtinuaret ſicut erat electũ. mõ licet poſt ſit meritoriũ in pmo inſtanti ſupra quantitatẽ electõnis intenſiue ⁊ exten/

Right margin notes: Ad 3 · Ad 4 · Ad 5 · Ad 6 · Ad 7 · Ad formam

ſiue:tamē requirit̄ ſi nō ſit impedimentū ꝙ
hoc continuat̄:⁊ ideo interruptio ꝑ homi
nē nō neceſſitatū diminuit meritū primū.
Uerū eſt ꝙ poſſet noua electio ſuꝑuenire:
que plus adderet.ſ; hoc eſt imꝑtinens p̄/
ſenti.cōtinuatio eñ melioꝛ eſt ꝙ̄ frequēs
ſimilis electio reſpectu eiuſdē ꝑtis tempis
Cōc̄o re- Hoc de ꝓ̇ma parte hui⁹ articuli.¶ Quan
ſpōſalis tum ad ſc̄dam eſt ꝯcluſio rñſalis hec. An
gelus in ꝓ̇mo inſtanti ſui eſſe potuit pecca
re.ꝓbatur ſic.qꝛ poſitis cauſis ſufficiētibꝫ
et eo modo quo ſufficiūt ad eſſe electōnis
libere pōt poni illa electio.ſ; in ꝓ̇mo inſtā
ti eſſe angeli erāt cauſe poſite ſufficiētes: ⁊
eo mō quo ſufficiūt:vt eſſet in eo electio li
bera.ḡ pꝛo ꝓ̇mo inſtanti ſue exiſtētie potu
it habere electōem liberā.vel ergo ſolū ad
bonū:⁊ ſic nō fuiſſet libera.vel potuit etiā
tunc eam habere ad maluȝ:⁊ habet̄ ꝓpoſi
tum.videlicet ꝙ potuit ꝓ ꝓ̇mo inſtāti pec/
care.tenēt ꝯn̄e.⁊ ꝓ̇ma pars videt̄ de ſe no/
ta.qꝛ ſicut ī naturaliter agētibꝫ poſitȝ cau
ſis ſufficiētibꝫ ⁊ eo modo quo ſufficiūt po
nitur effectus.ita in agentibꝫ liberis poſi/
tis cauſis ſufficiētibꝫ.⁊c.pōt poni effect⁹.
al's nō eſſent ſufficiētes.⁊ minoꝛ pꝫ. quia
angeli ſunt ꝓducti cū plena cognitōe ſui.
Ad 1 in ſuas opatiōes.¶ Quo p̄miſſo r̄ndet̄ ad
p̄mā:negādo ātecedēs.q2 eſſentie āgeli re
pugnat hr̄e tēdentiā ad ſbiectū.q2 forma
q̄ naturalr̄ tēdit in aliud tāq̃ in ſbiectum
nō eſt pſona vel ſuppoſitū:⁊ iō ſicut repu
gnantiā claudit ſm naturā tendere in ſub
iectū:ſic omī ſuppoſito repugnat eſſe for/
mā inherentē.Ad pbatōeꝫ an̄tis d̄r ꝙ a/
nima ſepata n̄ eſt ꝓprie pſona nec ſuppō/
ſitū:eo ꝙ naturalr̄ tēdit in corp⁹ q̄ multas
opatōes pōt.quas neq̄t ſine eo: vn̄ expe/
ctat ſtolā ſcđam hn̄s p̄mā.nō em̄ eſt ꝓpe
indiuidua ſba ſm naturā ſcꝫ ſuā ab omni
Ad 2 alia diuiſa.¶ Ad ſcđaꝫ.ꝙ in aſſūptōe cor
poris p angelū materia eſt informata: for
ma ꝓpria educta đ potētia marie cui coex
iſtit angel⁹.⁊ mouet totū ſm impiū volū/
Ad 3 tatis ſue:inq̄ꝫtū deus pmiſerit.¶ Ad tertiā
ꝙ ſi ſit ver⁹ equ⁹: tūc forma ei⁹ eſſet forma
dās eſſe ſpecificū in ſpecie eq̄na.ſꝫ ſi non ſit
equ⁹:q̄ꝫuis illuſiōe ſenſus repn̄tet̄ ad mo
dū eq̄:qđ magiſ eſt pbabile apud me:tūc
forma ſbalis ei⁹ eſt illa q̄ dat eſſe accidēta
le illi⁹ ſpēi: cui⁹ ipm in rei ꝟitate exiſtit. vt
ſi ſit aer:forma aeris:ſi ſit ſtramē forma ſtra
Ad 4 minis.¶ Ad quartā neget̄ an̄s.⁊ ad pba/
tōem d̄r ꝙ eſſe ſuppoſitū nullā pfectōꝫ di
cit diſtinctā a natura:imo nat̄a hūana eſt
ſūme honorata in h̄ ꝙ eſt ꝟbo vnita.q̄a vt
dic̄ btūs Ambro.illa ē maxia grā.ſ.vnio/
nis quā de⁹ hoī tribuere potuit:imo non
eſt de pfectōe nature hūane ꝙ ſit ſuppoſi/
tū:ſic de pfectōe ei⁹ nō tēdere in alteꝝ tāq̃
in ſbiectū.tēdit em̄ ipa ſic ⁊ oīs creat̄a i de
um.⁊ ḡ q̄nto ei intimi⁹ vnit̄:tāto magis p
ficit̄.ſec⁹ eſt de tēdētia in ſbiectū. qđ ei non
cōpetit:nec cōpetere pōt:ſalua ſua pfectōe
naturali.q2 tūc nō ſolū ſupiori:ſed etiā iſe
riori indigeret.Et eodē mō r̄ndet̄ ad cōfir
matōem.ꝙ deus nō pōt naturā hūanā fa/
cere alteri inniti vt ſbiecto.q2 h̄ iplicat.q̄a
ſic corp⁹ hoīs hr̄et ſe p modū act⁹.⁊ đ pu
ra potētia fieret act⁹:qđ oīno ipoſſibile eſt
et iō nō eſt ſile de vniōe ⁊ inheſiōe.¶ Se/ Cōclo. 2
cunda ꝯclo eſt.angel⁹ mal⁹ vel bon⁹ p̄t il/
labi corpi p coexiſtētiā.pꝫ.q2 ſūt i obſeſſis:
a q̄b⁊ eiiciunt̄ ꝟtute nois Jeſu.ſūt em̄ vbi
corpus ē:cognoſcūt ꝓꝓetates corpis ⁊ p̄n/
cipant̄ ei ſic ꝙ mouēt ipm ſm impetū volū
tatis ſue:⁊ iō d̄r demon eos in ptāte ha/
bere:ſicut dedit apls quoſdā p̄me ad Ti.
p̄mo. Veꝝ eſt tn̄ ꝙ mal⁹ angel⁹ nō habet
dominiū ampli⁹ ſup corp⁹ q̄ꝫ de⁹ ei permit
tit.vt dic̄ mgr̄ diſ. viij.c.vlti. Jtē ſic p̄ſunt
et illabunt̄ corpib⁊ q̄ formāt ex aere. Et p̄t
ad hoc aſſignari quedā ꝯgruitas.q2 ſic ſe
hꝫ ſpūs increat⁹ ad oēs ſpūs:ſic ſpūs crea
tus ad corpalia:ſꝫ ſpūs increat⁹ illabit̄ oī
bus ſpiritib⁊.ḡ creat⁹ pōt illabi corpibus
pꝫ maior.q2 ſic ſpūs increat⁹ ſbtilior ē oī/
bus ſpiritib⁊:ſic ſpūs creat⁹ ſbtilior eſt cor
porib⁊.mīor nota ē de ſe ¶ Tertia ꝯclo.de Cōclo 3
mō nō p̄t illabi aīe.pbat̄ null⁹ ſpūs crea/
tus p̄t illabi alteri ſpiritui.mō aīa eſt ſpūs
creat⁹.ḡ demō n̄ ei illabit̄.pꝫ maior p beatū
Aug.li.đ ſi.ad pe.dicē.ꝙ ſingul' ſpiritib⁊ i
eſt t̄mi⁹ q̄ a ſe iuicē diſtiguūt:⁊ vn⁹ in alio
nō ē.mīor nota ē.Scđo illabi aīe ē ꝓpriū
dei.ḡ nō ꝯuēit demōi.ꝯn̄a nota ē.an̄s ē bti
Aug.i li.đ eccl'ia.dog.dicētꝭ Jllabi menti
illi tm̄ poſſibile ē q̄ creauit eā. Hec đ.j.ar.

Quantuꝫ ad ſecū/

dū articlm̄.vtꝝ āgeli intueāt̄ cogitatiōes Arti. 2
nr̄as:doctores nr̄i diuiſi ſūt. Uult em̄ pe.de
tharē.li.ij.di.8.ar.x.ꝙ videāt eas viſiōe n̄
māifeſta:ſꝫ in ſignis cōiecturādo.q2 viſio
ne māifeſta ſol⁹ de⁹ videt ſecreta cordiū ſi
ue cogitationū nr̄aꝝ.⁊ iſte ē mod⁹ dicēdi
cōis ac ſatis pbabil'. Durād⁹ vult libro.ij
diſti.viij.que.iiij.ar.ij.ꝙ cogitatōnes nr̄e 5
de futuro non poſſunt ꝯgnoſci ab angelo
certitudinalr̄:ſicut nec a nobiſipis. eo ꝙ eſ

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

fectus futurꝰ pōt nō euenire. Et certū eſt ꝙ
nō poſſumꝰ eas cognoſcere: nec etiā ange/
lus niſi deus ei reuelaret quo ad euētū rei
Sꝫ quo ad ꝺſiderata futura q̇s dubitat
quin hō poſſit i ſe ꝯgnoſcere q̄d ip̄e deſide/
rat: ⁊ cū ſit actꝰ ſuę volūtatis libere elicitꝰ.
nec in eius eſſentia dep̄ēdet a futuro. q̇a ſi/
ue futuꝝ eueniat ſiue nō: cogitatio eius de
2 facto ⁊ etiā deſideriū pōt eſſe p̄ſens. ¶ Se
cūdo dic̄ cū petro ꝙ cogitatōes q̄ ſūt actu
i intellectu pn̄t cognoſcere dupliciꝛ Uno
modo ꝑ ſigna: ⁊ ita dictū eſt dicere petruꝫ.
Scđo mō dicit Durandꝰ quo ad eſſe co/
gitationū in intellectu: vel affectionū ī vo
lūtare quoſdā dicere ꝙ ſic patet ſoli deo. et
ita viđꝛ dicere petrus de tharātaſio. Sed
hūc modū durādꝰ nō laudat q̄ ad illđ̄ di
Opio 3. ctū ſcđm. ¶ Tertia opio eſt doctoꝛis ſubti
lis: ꝙ cognoſcit cogitatōes q̄ ſunt in intel/
lectu: ſicut ſenſatōes q̄ ſunt in ſenſu. ſūt eī
2 accidētia ſimilia. ¶ Scđo dic̄ ꝙ angeli nō
vident volitōnes ⁊ electōnes ſeq̄ntes no/
ſtras cogitatōes. Rō. qꝛ deus h̄ reſeruauit
ſibi: q̄ ſibi occultoꝝ iudiciū voluit reſuari
Opio 4 ¶ Quarta opinio eſt mgr̄i Herueci ꝙ ꝺmo
nes vidit nr̄as cogitatōes ⁊ volitōes non
ſolū q̇d ſunt: ſꝫ etiā de q̄ ſunt. ſꝫ nō vident
de plibꝫ cogitatis q̄tū vel ſm quē gradū
cogitāt de talibꝫ: vel coꝝ quolibet p̄ſerti q̄
tum ad obiecta ſcđaria. ¶ Quīta opio eſt
Opio 5 Thomę de argētina ⁊ mltoꝝ alioꝝ antiq̄/
rū ꝙ angelꝰ cognoſcit nr̄as cogitatōes q̄/
tū ad terminoꝝ ſignificatōem. Scđo dic̄
ꝙ nō cognoſcit eas q̄tum ad cōpoſitōnis
vel diuiſionis determinatōem. Et ex h̄ ter
tio dicit ꝙ nō cognoſcit nr̄as cogitōnes q̄
tum ad affectꝰ ſiue volūtatis determinati
onē. quia vt dicit: volūtas ſuo actu ſequi
tur actū itellectꝰ cōponētis ⁊ diuidentis.
Hę ſūt opiones de hac materia. ⁊ ſūt val/
de difficiles in ꝯparatōe ſui ad inuicē. Et
ideo dimittēdo quēlibet in ſua quā elege/
rit breuitatis cauſa. ⁊ qꝛ in ſeq̄nti queſtio
ne de cognitōe angeloꝝ fiet ſermo: quę ha
bet cū hac materia magnā ꝓpinq̄tatē: po/
nā aliq̄s ꝓpōnes ꝓbabiles. q̄ mihi viderē
tur poſſe ꝯcedi. ¶ Pro q̇bꝫ p̄mitto ſuppo/
ſuppō. I. ſitōes ꝓbabiles. q̄ꝝ p̄ma eſt hęc. ꝙ nō op/
tet ſi vnꝰ angelꝰ loquaꝛ alteri ꝙ oēs aliȷ̄ lo
quentē itelligāt. hęc ē btī tho. j. pte. ſūmę.
q. cviȷ. ar. v. Et ꝑſuadeꝛ ſic. non minꝰ ſecre
tus viđꝛ poſſe fieri ſmo āgeloꝝ inꝛ ſe q̄ ho
minū. mō nō optet ſi vnꝰ hō loquaꝛ alteri
ꝙ oēs aliȷ̄ cū itelligāt: eo ꝙ ē inꝛ hoīes mo/
dus loq̄ndi occultꝰ. igiꝛ ⁊c. pꝫ maioꝛ p̄mo
q̄ ad h̄ ꝙ angeli ſibi inuicē loq̄nꝛ. p̄ mę ad
Coꝛinth. xiȷ̄. ſi linguis hoīm loq̄r vl̄ ange
loꝝ. Scđo ꝙ nō minꝰ ſecreta eſt coꝝ locu
tio q̄ hoīm. qꝛ q̄nto āgeli ſbtilioꝛeſ ſūt ho
mibꝫ tāto viđꝛ ꝙ magis ſpūalr̄ inꝛ ſe collo
quiū hr̄e pn̄t: ⁊ magis ſecretū. mioꝛ nota ē
¶ Scđo. qꝛ nō q̇libet āgelꝰ videt oīa q̄ ſūt ꝓbatꝛ
in mēte a lriꝰ āgeli boī. ġ vnꝰ coꝝ pōt aliq̄d
exp̄ mere vni qđ non alri. ꝯn̄a nota ē ex eo
qꝛ ſi p̄t vnū tenere ſecretū: q̄re non ſuū loq̄
pōt vni māifeſtare ⁊ nō alri. ⁊ ans̄ pꝫ. qꝛ q̄
uis Gabriel nūciauerit Marię ꝟbi incar
natōꝫ: ſciuerītqꝫ āgeli boī xp̄i aſcēſionē: paſ/
ſionē: reſurrectōeꝫ: nō tn̄ oēs viderīt h̄ i mē
tibꝫ coꝝ: nec in ꝟbo. vn̄ q̄ ſiuiſſe legūꝛ i aſcē
ſione. q̇s ē iſte q̄ venit de edom tīctis veſti
bus de Boſra: Eſa. lxiȷ̄. q̇s ē iſte q̇ venit de
mđo ſanguineo. qđ ſignū ſufficiēr īfert ꝙ n̄
ꝯg̊uerūt illđ qđ āgeli ſupioꝛes mēte ſciue/
rūt. ¶ Foꝛte diceꝛ ꝙ q̇libet āgelꝰ bonꝰ videt obiectio
in ꝟbo illđ qđ vnꝰ loq̄ꝛ alteri ⁊ q̄d ei dicat.
Rꝫ. ꝙ nō optet an̄s eē veꝝ. qꝛ q̄uis ꝟbū ſit
ſufficiētiſſimū ſpeclm̄ rep̄n̄tāt ei illđ: nō tn̄
optet ꝙ alter btūs h̄ i ꝟbo videat. nō eīm re
pn̄tat ꝟbū btō: niſi ea q̄ vult. nec oꝫ omnē
btm̄ ſcire oīa bōa q̄ h̄ fiūt. vl̄ etiā oīa mala ſuppō. 2
¶ Scđo p̄mitto ꝙ locutio āgeli ad āgeluꝫ
eſt nō ꝑ exterioꝝ vocis foꝛmatōeꝫ. ſꝫ ꝑ intio
rē ſuę intētōis ſignificatōeꝫ. pꝫ. qꝛ voces n̄
foꝛmāt exterioꝛes: cū coꝛpei nō ſint: vt ſuppo
no ad pn̄s. nec etiā oꝫ ꝙ cū loq̄ꝛ angelꝰ an
gelo vl̄ deo coꝛpꝰ aſſumat. cū etiā itellectuſ
nr̄ loq̄ꝛ ſibi: vel cogitat laudē dn̄i ſine coꝛ/
poꝝ aſſūptōe. vt notū ē: vl̄ etiā coꝛpis vſu
in q̄ exiſtit. Jrē magnę demētię ē illos perfe
ctos ſpūs eſtiare n̄ poſſe loq̄ ſibi vl̄ deo ſiue
mutuo ſine idigētia coꝛpiſ. nō eīm aſſumit
coꝛpꝰ āgelꝰ ſupioꝛ i iferioꝝ illūinatōe q̄ ſit Concl
ꝑ loq̄ mētale: nec iferioꝛ i iq̄ſitōe. ¶ Ex his
viꝛ mihi ſeq̄ ꝙ āgelꝰ incſt vl̄ cōnata ē ꝟtuſ q̄
locutōes ſuas mētales pn̄t vni māifeſtare
⁊ oībꝫ aliȷ̄s pn̄tibꝫ ſpiritibꝫ occltare. pꝫ. qꝛ
ꝑ p̄mū: āgeli pn̄t loq̄ vni ſine h̄ ꝙ aliȷ̄ itelli
gāt: ⁊ ꝑ ſcđꝫ: hęc locutio ē mētalꝛ iterioꝛ in
āgelo. ġ iſtioꝛes ſuas locutōes pn̄t vni ma
nifeſtare ⁊ occltare alri. qđ n̄ eēt niſi tal'ꝟ/ Concl
tutē ſibi hr̄ent connatā. ¶ Scđo ſeq̄ viꝛ ꝙ
āgelꝰ p̄t celare alri ne videat oēs ſuos hi/
tus. ꝓbaꝛ ſic. itelligibilioꝛ ⁊ ꝯg̃ſcibilioꝛ eſt
actualꝛ locutio q̄ hītꝰ: ⁊ tn̄ āgelꝰ pōt celare
ſuā actualē locutōeꝫ ne pn̄tes quibus nō

loquit̄: intelligāt ꝑ p̄cedēs correlariū. ergo ⁊
habitꝰ. Tenet ꝯn̄tia. q: ſi magis cognoſci/
bile celare pōt: q̄re nō minꝰ. ⁊ pȝ maior. q̄a
actualis locutio p̄ſupponit habituȝ mētis
ſm̄ quē fit ſermo: ⁊ addit ſuꝑ eū actū exp̄ſſi
3.ꝓpō ꝓmiſſa onis. ¶ Tercio ſuppono ꝙ aīa ſeparata p̄t lo/
qui alteri aīe ſeparate. pȝ Lu. xvj. vbi aīa diui
4.ꝓpō ꝓmiſſa tis loq̄bat̄ Abrae ⁊ ecōtra ¶ Quarto ſuppo
no. ꝙ ſicut nō neceſſe ꝙ angelū loquentē an
geli alij p̄n̄tes quib⁹ nō loquit̄ itelligāt: ſic
etiā nō ē neceſſe ꝙ ſermonē quē aīa facit al/
teri aīe. angelo vel deo. alij p̄n̄tes q̄b⁹ nō lo
quit̄ intelligāt. pȝ p̄ma ꝑs ꝑ ſuppōeȝ p̄mā
⁊ pȝ ſcd̄a ꝑs. q: cū aīe ſeparate ſint ſicut ange
li. ſaltē quo ad h̄. vt d̄r Mat. xxij. de hoīb⁹
poſt reſurrectōȝ. nō videt̄ rō quare ſermonē
aīe ſeparate plus oēs aīe p̄n̄tes intelligerēt q̄ȝ
ſermoneȝ angeli. p̄ſertim q: ſigna quib⁹ lo/
quunt̄ aīe ⁊ angeli ſunt cōſilia ī eē ſigni. ⁊ iō
ſi ſermo angelicꝰ natꝰ ē occultare formatꝰ ex
5.ſuppō illis ſignis: q̄re nō ſermo aīe: Quinto p̄mit
to. ꝙ minꝰ noti ſunt habitꝰ aīe angelo vl' al/
teri aīe q̄ȝ ſua loq̄la. recte declarat̄ ſicut corre
6 lariū ſcd̄m ſcd̄e ſuppōis. ¶ Sexto p̄mitto.
ꝙ ꝑ ſecreta mētis hic intelligo ꝯceptꝰ intel/
lectuales. aſſenſus ⁊ diſſenſus veri vel falſi
argumētatiōes ⁊c̄. q̄ ponunt̄ ī intellectu. ſilr̄
7 electōes ⁊ habitus volūtatis. ¶ Septio ꝙ
demō vel angelꝰ ꝓpter ꝑfectōeȝ p̄ncipalē ꝑ
eſt corpib⁹. vn̄ nouit v̄tutes corpis: ⁊ ea q̄
ſunt ī corpib⁹: intm̄ ꝙ magice artes ſuo mi/
ſterio exercent̄: applicando actiua paſſiuis
vt dicit mgr̄ di. vij. ca. viij. ⁊ deinceps decla
rat ꝙ nō creāt: ſȝ actiua paſſiuis applicant
Corre. ¶ Correlarie ſequit̄. ꝙ cogitatōes. ph̄āṫaſie
⁊ actꝰ ſenſus cōis et ſimulachra reſuata in
mēoria nr̄a corꝑali ꝑfecte noſcūt Pȝ. q: no
Ultimo notādū. ſcūt v̄tutes corpoꝝ ⁊ qualitatū q̄ ſunt in ip
ſis ¶ Ultimo noto. ꝙ demonē cognoſcere ſe
1 creta mētis p̄t intelligi duplr̄. Uno mō di/
2 recta ītuitōe. ſ. ea ī ſe cognoſcēdo. Alio mō
ꝑ diſcurſū ab effectu cognoſcēdo cām: ſic ex
Lōcl'o 1 ſigno cognoſcēdo ſignatū ¶ Quib⁹ p̄miſſis
ꝓcedēdo ꝓbabilit̄ videt̄ mihi ꝓ p̄ma ꝯcl'o
ne. ꝙ ſepe demō noſcit ſecreta mentis nr̄e ꝑ
diſcurſum. pȝ. q: nouit ꝙ ſenſu cōi exn̄te in
actu ſil'es ī repn̄tādo fiūt cogitatōes ī intel
lectu. q: ſcit ꝙ ille ē modꝰ cognoſcendi hoīs
¶ Itē ꝙ opans aliquē actuȝ. ſiue bonū ſiue
maluȝ. eligit ⁊ vult ſic facere in voluntate.
ex quo nō cogit̄ volūtas in his actibus qui
ſuo ſubſunt impio: ⁊ ita in alijs. Neq̄ȝ mi/
rū. q: ſic hō pōt cognoſcere ſecreta mētis ex
effectib⁹. nā iccirco rep̄hēdunt̄ malefacien/
tes: eo ꝙ ſic facere voluerūt: ⁊ laudant̄ boni
de bona volūtate ex effectib⁹. cognoſcēdo e/
lectōes ⁊ cogitatōes interiores. ¶ Scd̄a cō Lōcl'o.2
dio ꝙ imediata inſpectōe demō nō videt ſe
creta mētis: niſi forte mēs ſibi loq̄ret̄. Pro/ 1
bat̄ p̄mo auctib⁹. Scribit̄ em̄. ij. Para. vj
ca. Salomonē dixiſſe ad deū. Tu ſolꝰ noſti
corda filioꝝ hoīm. ¶ Dicit mgr̄ Thomas Lōtra
de argētina. ꝙ dicta auctas ⁊ ꝯſiles. intelli/
gunt̄ de affirmatōe ⁊ negatōe ⁊ electionib⁹.
⁊ ſimoi actib⁹: ⁊ nō de conceptib⁹ vel ſignis
vel cogitationib⁹ ſequētib⁹ iſta ſigna ¶ Sȝ Solnit̄
hec glo. ē contra beatū Aug. in libro de eccle
ſiaſticis dogmatib⁹. ca. xlix. ſic dicentē. In/
ternas aīe cogitatōes dialolum nō videre
certi ſumus. ſequit̄. ſecreta aūt cordis ille ſo
lus nouit ad quē dicit̄. Tu ſolus noſti cor/
da filioꝝ hoīm. Itē cū affirmatiōes ⁊ nega
tōes. aſſenſus ⁊ diſſenſus. electōes ⁊ refuta
tōes ſunt actꝰ fortiores poſitiui: ⁊ faciliores
ad intuēdū q̄ȝ ꝯceptꝰ ſimplices: q̄ poſſȝ aſſi
gnari ratio ꝙ demō videret ꝯceptꝰ ⁊ nō a/
ctꝰ ꝯſequētes: conſtat ꝙ nulla. g̊ ꝯcl'o vera
⁊ gloſa nulla. ꝯn̄tia tenet. ⁊ an̄s pȝ ꝑ expie/
tia ī nobiſipis. nā laici ꝑcipiūt bn̄ aſſenſus
⁊ diſſenſus ſuos. vn̄ dicūt ſe credere vel diſ
credere ¶ Itē actus ſuos volūtatis. vt velle
vel nolle. Sed de ſimplicib⁹ conceptib⁹ cō
munes ⁊ pueri ⁊ fatui: regulariter nihil ſci/
unt ſi interrogent̄: niſi incipiāt ſe reflectere.
tūc em̄ aduertūt ſe ſimplices cogitationes
hr̄e: illi q̄ inter eos ſunt acuti. ⁊ cauſa ī hoc
ē manifeſta. q: ſpecies reꝝ ſenſibiliū ꝓpter
paruā quā habet entitatē: nec a ſenſu extio
ri: nec interiori cognoſcunt̄. q̄ȝuis actualiter
veniāt ad ſenſum vel organū eiꝰ. Sȝ actū
ſentiēdi vt vidēdi ꝑcipit ſenſus interior eti
am ſine diſcurſu. vt dicit ph̄s. ij. de aīa. c. de
ſenſu cōi: ⁊ quare: q: ē maioris entitatis ⁊
magis cognoſcibilis q̄ȝ ſpēs multiplicata a
ſenſibili: ꝑ quā vt ꝑ inſtrumētū ī ſenſu gene
rat̄. Eodē mō ē de ſimplicib⁹ ꝯceptib⁹. ꝙ q:
minoris entitatꝭ ſunt: q̄ȝ aſſenſus vel electi/
ones nō ꝑcipiunt̄ a ſimplicib⁹. q̄ tn̄ ſuos a/
ctꝰ aſſenſiuos ⁊ electōes ſequētes: q: maio/
ris entitatis ſunt: bn̄ ꝑcipiūt. Minor nota
ē. q: ſi demō res magis poſitiuas ī aīa exn̄/
tes nō videt: nec videbit res minꝰ cognoſci
biles in eadē. Un̄ in lib. retractationū retra Probat̄
ctat Aug. dictū quo q̄nq̄ȝ dixerat angelū vi 2 ꝯcl'o
dere nr̄as cogitatōes ¶ Scd̄a. q: dicit Hie auctēz.
ro. Mat. ix. ꝙ ex hoc ꝙ Ieſus vidit cogita/

tiones eoꝝ. Cõcludit ꝙ ipe erat deus. ergo
cognoſcere ſecreta cordis ē ꝓpriū dei: vel ra
tio nõ valebit. Idē dicit Chriſ. ſup Mat.

Alia p/batio cõ/clu. ſcõe.

¶Scõo ꝓbat hec ꝯcluſio ex ſuppõnib⁹ p/
miſſis. qꝛ demõ vel angel⁹ nõ põt cognoſce
re ſecreta alteri⁹ angeli vl' demonis: niſi ſibi
velit reuelare. Et eadē rõ ē de h̄ reſpectu al/
teri⁹ angeli ⁊ reſpectu aīe itellectiue. ğ ⁊c. ꝯñ
tia tenz. ⁊ maioꝛ pz p. ij. corre. ſuppõis ſcõe
⁊ mioꝛ pz p ſuppões. iij. ⁊. iiij. quare em̄ pl⁹
cognoſceret ꝯcept⁹ aīe intellectiue q̄ꝫ alteri⁹

Contra eãdẽ con cluſiõz 1

angeli? ¶Sed ĩ ꝯriū hui⁹ ꝯcl'ois mgr̄ Tho
mas de argẽtia vult ꝓbare ꝙ angel⁹ natura
lit̄ cog̃ſcit cogitatões q̄ꝫtū ad t̄mioꝝ ſignifi
catõz. qđ nitit̄ ꝓbare mult̄ medijs. ꝑmo ſic
Ille q̄ oēm actū vite nr̄e cog̃ſcit q̄ ē ſimplex
appħēſio: ille etiā actū ꝯponēdi et diuidēdi
cognoſcit q̄ ad ſignificata termioꝝ. ſz ange
lus p̄t naturalit̄ cognoſcere oēz actū nr̄i itel
lect⁹: q̄ ē ſimpliciū appħēſio. igit̄. pz maioꝛ
de ſe. mioꝛē ꝓbat. qꝛ angel⁹ euident̄ videt q̄
ſpē vtimur ĩ orgão phãtaſie: cū illa ſpēs p̄ ce
teris alijs actuet̄: qñ ea vtimur actualit̄ cog
2 ſcēdo ¶Scõo ſic. q̄cūqꝫ actualit̄ cog̃ſcit ali
qđ ſubiectū ille p̄t cognoſcere oīa q̄ ſūt ĩ illo
ſbiecto: ſz angel⁹ ꝑfecte cog̃ſcit nr̄az aīaz in/
tellectiuā. ğ. maiorē poſſꝫ ꝓbare. qꝛ videt̄ ꝙ
ſbiectū ſit min⁹ cognoſcibile q̄ꝫ act⁹ ĩ eo exñ
tes. vt maťia min⁹ cognoſcit̄ q̄ꝫ ſue q̄litates
3 mioꝛ ſupponit̄. ¶Tercio ſic. ꝑfecte cognitis
oīb⁹ cāis alic⁹ effect⁹ cog̃ſcit̄ ipe effect⁹. Mõ
angel⁹ videt̄ ꝑfecte cognoſcere oēs cās nr̄a/
rū ſimpliciū appħēſionū. igit̄. pz maioꝛ. q̄a
ſcire ē rē p cās cog̃ſcere ⁊c. j poſter. ⁊ mioꝛ etiā
videt̄ nota. qꝛ cognoſcit phantaſmata ⁊c. ⁊
res corꝑeas. deū ⁊ aīas nr̄as. ⁊ ita nõ viden
tur eē alie cauſe cognitionū nr̄aꝝ. ¶Quar/
4 to ſic. Intellect⁹ q̄ cognoſcit ſpūalia: non ꝑ
corꝑalia: ñ min⁹ ꝑfecte cognoſcit ſpūalia q̄ꝫ
corꝑalia. ſz angel⁹ ē hmõi. igit̄ cū cognoſcat
oīa accñtia corꝑalia: nõ minus videt̄ cog/
noſcere ſpūalia. et ex ꝯñti act⁹ nr̄i intellect⁹
5 ſimplices. ¶Quito. qđ ꝑfecte videt aliquā
rē videt etiā ꝑfecte decores illi⁹ rei. ſz angel⁹
mal⁹ ſic bon⁹ ꝑfecte vidꝫ aīaz. ğ ei⁹ decores. ſ.
ſuas ſimplices cogitatões. pz maioꝛ qꝛ ꝑfe
cte vidēs parietē videt colores. picturas et
6 figuras q̄ ſūt ĩ eo. ⁊ minoꝛ ſupponit̄. ¶Sex
to. ſicut ſe hꝫ ſenſus ad ſenſibile ita ſe hꝫ in
tellect⁹ ad intelligibile. ſed nullū ē ſenſibile
qđ effugit potētiā ſenſitiuaz ſenſus creati. ğ
nõ ē aliqđ itelligibile qđ ſubt̄fugit noticiā
intellect⁹ creati. ſ. angeli q̄ ē ꝑfect⁹. ⁊ nõ mo
le corꝑis impedit⁹. maioꝛ ē phi. iij. de aīa. mi
noꝛ ē phi. ij. de aīa. ca. de ſufficiētia ſenſuū ex
terioꝝ. ¶Septio ſic. potētia ꝑfecta ĩ ſuo ge/ 7
nere põt ĩ om̄e illud qđ p ſe ꝯtinet̄ ſub ſuo
obiecto adeq̄to. mõ intellect⁹ demõis ē ꝑfe
cta potētia in cognoſcēdo intelligibilia ſub
quib⁹ ꝯtinent̄ om̄s act⁹ ſimplices intellect⁹
humani. qꝛ oēs ſunt itelligibiles. ğ p̄t intel
lect⁹ angeli ĩ cognitõem oīm nr̄oꝝ actuum
ſimpliciū intellect⁹. He ſunt rõnes hui⁹ do
ctoris: q̄ mihi nõ videnť ꝯcludere. ſz ſua re
uerētia ſalua eſſe ex nimis cõib⁹. ⁊ ſi aliq̄
ꝯcludūt: nõ cõcludūt ſuū ꝓpoſitū. cęteꝝ ſi
concluderēt: ꝓbarēt ꝙ angelus noſceret no
ſtros aſſenſus ⁊ diſſenſus: electões interio/
res: ⁊ oēs habit⁹ nr̄os p̄ſentialit̄ ĩ aīa exiſtē/
tes. cui⁹ ꝯtrariū ipemet dicit ĩ eadē queſti/
one ⁊ eodē articulo. circa di. vij. ſcõi. Et iõ
r̄ndet̄ ad ſingulas. ¶Ad ꝑmā negãdo mio Adr
rē: loq̄ndo đ noticia ituitiua: puta q̄ intuet̄
intellect⁹ angeli res ĩ ſe. Et ad ꝓbatõz dicit̄
ꝙ veꝝ ē ꝙ angel⁹ p̄t cognoſcere oēm actū in/
tellect⁹ quē in ſe format: mediãte phantaſ/
mate ĩmediate. ſed hoc ē p diſcurſum ꝯclu/
dēdo. ꝙ q̄a tale phãtaſma ē ĩ ſenſu: ſimilis
act⁹ vel habit⁹ generabit̄ ĩ intellectu. ¶Se 2
cūdo ꝙ nullū taliū cog̃ſcit ituitiue: niſi aīa
nr̄a loquat̄ ſecū: ſicut etiā nõ cognoſcit loq̄
lã: neqꝫ conceptū alteri⁹ angeli niſi ſecū loq̄
tur: ⁊ angel⁹ ei velit reuelare: vt dictū ē in ꝑ
mis duab⁹ ſuppoſitiõib⁹. ¶Tercio dicit̄ ꝙ 3
neſcit q̄ act⁹ ſunt reſeruati ĩ memoria intelle
ctuali: quib⁹ aīa põt vti. nec q̄ habit⁹: ⁊ iõ ĩ
multos act⁹ ſimplices põt aīa cū phanta
ſia ē in actu ſuo diſcurrēdo. ⁊ p memoriā in
ſe ex habitib⁹ intellectualib⁹. vel ex memo
ria intellectuali: q̄ nõ depēdēt immediate a
phãtaſmate: ⁊ talia nõ cognoſcit: nec in ſu/
is cauſis: nec in ſe. Vñ ꝓbabile ē ꝙ intelle/
ctus noſter ĩ viro ſtudioſo põt hr̄e cogniti/
onē incomplexā ſui. ⁊ hec nõ depēdet imme
diate a phãtaſmate. ¶Ad ſecūdā. ꝙ ſi ma/ Ad2
ioꝛ eſſet vera: ꝯcluderet̄ ꝙ demõ poſſet cog/
noſcere om̄es aſſenſus ⁊ electões nr̄as in/
tuitiue. qꝛ oīa illa ſunt ĩ aīa nr̄a. ¶Scõo 2
angel⁹ inferioꝛ videns ſupmū angelū vide
ret om̄ia que ſunt ĩ illo. veꝝ ē. nihilominus
ꝙ angel⁹ p̄t cognoſcere oēm cogitatõem aīe
noſtre: inq̄ꝫtū ei aīa vult reuelare: loquēdo
cū eo. ⁊ exꝑimēdo illam cogitatõem. Et ad
ꝓbationē maioris dicit̄ ꝑmo. ꝙ licet maťia
ꝓpter debilitatē ſue entitatis difficili⁹ cog/
noſcibilis ſit q̄ꝫ ſue forme. nõ tñ ē ita de aīa

que ꝑfectior ē q̄ȝ ſue cogitatōes. ⁊ ex ꝯſequē
ti magis cognoſcibilis. Sc̄d̄o. ꝙ cogitati/
ones ⁊ alij actus vel habit⁹ ſpūales. eſto ꝙ
cognoſcibiles ſunt. tñ nō cognoſcunť niſi a
deo ⁊ ab ipa re. ſ. aīa intellectiua vel natura
angelica intuitiue i qua ſunt: niſi inq̄ȝtū vo
lūt ea manifeſtare. Jndidit em̄ dñs ꝟtutez
ſpūalibꝫ: qua ſua ſecreta ceteris multa ſūt
niſi inq̄ȝtum eis voluerint reuelare: ⁊ hoc lo
quēdo de intuitiua cognitōe. vt dictū ē in p̄
Ad 3 mo correlario ſc̄d̄e ſuppōis. ¶ Ad t̄ciā ſicut
ad p̄mā. ꝙ ſupponēdo ꝙ rō ꝯcluderet: non
ꝯcluderet niſi de noticia quā angel⁹ hr̄et diſ
curſiue: nō aūt de intuitiua: ⁊ etiā multi ſūt
actus i memoria intellectiua remanentes:
q̄s angelus diſcurrēdo a phātaſmatibꝫ ne
quit ꝯcludere eē i intellectu. eo ꝙ intellect⁹
taliū nō pōt obliuiſci: de q̄ neq̄t eē iudex an
Ad 4 gel⁹. ¶ Ad quartā. ꝙ angel⁹ angeli ſpūalia
intuitiue cognoſcit: quoꝝ ſpēs hȝ i ſe: vl' eti/
am q̄libet intellect⁹ angelic⁹ ea q̄ hȝ i ſeipo:
⁊ ea ꝺm q̄ aliā opinionē cognoſcit: recipien
do ſpēs a rebꝫ repn̄tatis ei. ſed hec que ſunt
i mente alterius angeli vel hoīs. nō cogno
ſcit niſi inq̄ȝtuȝ alius angelus ei voluerit re
uelare: vel loquēdo vel oſtendendo ⁊c̄.
¶ Jtē ſi hec ratio ꝯcluderet: ꝓbaret ꝙ ange
lus intueretur aſſenſus ⁊ diſſenſus nr̄os ⁊ ele
ctōes noſtras interiores. quod ꝓpriū ē dei
Ad 5 ⁊ ipſius cognoſcētis talia i ſeipo. ¶ Ad qui
tam. ꝙ nō opꝫ maiorē eſſe verā. multa em̄
videm⁹ oculo: quoꝝ decores nō videmus: ⁊
ſi aliquos videmus: hi ſunt q̄ ſunt in ſupfi
cie exteriori. ⁊ q̄ cadūt ſub viſu. Nō in an/
gelo decor eius vel deformitas vel etiā i aīa
intellectiua latet inq̄ȝtū vult quo ad cog
nitionē intuitiuā: niſi ipi deo ⁊ habēti. Uerꝫ
ex effectu pn̄t q̄nq̄ȝ cognoſci: ſunt em̄ debili
ter hmōi res i natura entiū. vn̄ nō ē neceſſe
ꝙ viſa aīa videanť hec in ea niſi lumine
alio q̄ȝ intuitiuo. ſ. diſcurſiuo vel dei reuela/
tione: vel ipſius habētis oſtēſione videanť
¶ Jtē hec ratio equaliter ꝯcludit de aſſenſi/
bus ⁊ electōibꝫ ſicut de p̄mis actibꝫ intelle
Ad 6 ctus. ¶ Ad ſextā ꝯcediť qđ ꝯcludiť: quicq̄d
ſit de p̄miſſis. q2 om̄es ſimplices actus men
tis noſtre: ⁊ etiā aſſenſus ⁊ electōes ſunt in/
telligibiles. ⁊ intelliguntur ab intellectu crea/
to illo i quo ſunt ſaltem poſt hāc vitā. ⁊ ſūt
ab alijs intelligibiles inquantū ei placue/
rit eos alijs manifeſtare. ſȝ ſicut colores ab
ſcōditi nō videnť ab alijs: ita act⁹ itellect⁹ ⁊
volūtatis occulti nō videnť ab alijs niſi ſpā

li manifeſtatōe dei vel de volūtate habētis
¶ Jtē hec rō nō pl⁹ ꝯcludit de actibꝫ p̄mis
vel ꝯceptibꝫ: q̄ȝ de alijs actibꝫ intellectus ⁊
volūtatis: ſicut pȝ intuēti. ¶ Per idē rn̄deť Ad 7
ad ſeptimā. recte ꝙ intellect⁹ demōis aut al
teri⁹ pt intueri cogitatōes ⁊ act⁹ nr̄os deo il/
los manifeſtāte: vel de ꝯſenſu noſtꝝ loquē
tiū cū eo: ⁊ ei manifeſtātiū illos: recte ſicut
de electōibus vel aſſenſibꝫ. aliter aūt eos in
tueri nō pōt: ſicut colores abſcōditos non
videt viſus. Un̄ pȝ vt dixi. ꝙ he rōnes ꝓ
maiori pte nō plus ꝯcludūt de actibus p̄/
mis q̄ȝ de electiōibus vel ꝯſenſibus. ⁊ ſunt
nō ad ꝓpoſitum doctoris ipās adducentis
Hoc de ſecūdo articulo.

Quibus premiſ/ Ad rōes p̄ncia.

ſis rn̄deť ad rōnes p̄ncipales. Ad p̄maȝ ⁊
ſuppoſitū negādo ꝯn̄tiā. Ad ꝓbatōem dr̄.
ꝙ fundať i falſa imaginatōe. videlicet hac
ꝙ quāto aliqua ſūt ſiliora ꝙ tāto mag̃ vnū
eoꝝ natū ē eſſe i alio. quod nō eſt veꝝ. nam
forma ē ſimilior forme ſue ſpecie q̄ȝ materie.
⁊ tamē nequit inherere forme ſȝ bn̄ materie
quoꝝ em̄ vnū natū ē eſſe in alio: illa nō de/
bēt eſſe ſimilia: q2 quare plus vnū ineſſȝ al
teri q̄ȝ ecōtra: ſed diſſilia: ſicut act⁹ ⁊ potētia
aīa ⁊ corpus: angelus ⁊ corp⁹ ſupra quod
hȝ dominiū. Eodē em̄ mō poſſȝ argui. ꝙ q2
nō pt illabi demoni. g̃ nec corpi. dn̄iuȝ em̄
pōt hr̄e ſup corpus: ⁊ aliquo mō illi p̄ſide/
re: q2 nobilior eſt illo. ⁊ hoc q̄n̄ dñs ꝑmittit
vel mādat: ſicut i ꝟtutibꝫ celeſtibꝫ motrici
bus ē. Sup ſpūs aūt deus ſolus ſibi reſua
uit dn̄ium illapſus. nec pōt h̄ alteri cōica/
re. eo ꝙ hoc nature ſpūali repugnat (vt eſti
mo) qđ aliq̄d illabať ei niſi de⁹. ¶ Ad ſc̄d̄aȝ Ad 2
negeť ꝯn̄tia. Dictū ē em̄ ꝙ nihil ꝓhibet plu
res ſpūs eſſe adequate ſimul ꝺm locū. licet
nō ꝑ inheſionē ſȝ ꝑ coexiſtentiā. Ad ꝓbati
onē dr̄ ꝙ nō pn̄t eſſe plēs ſpūs creati eiuſdē
corpis ꝑ inheſionē ſimul ⁊ ſemel: ſaltē d̄ po
tētia ordinata. Sȝ ꝙ plēs ſint ſimul: vl' ꝙ
vn⁹ inhereat. ⁊ alius coexiſtat: nō ē incōue
niēs: vt dictū ē an̄ i alia q̄ſtione. Demō au
tē corpi nō inheret: nec inherere pōt: vt di/ Ad ꝯfir.
ctū eſt i p̄mo articulo. ¶ Ad ꝯfirmatōeȝ. ꝙ
demoniaci dicūtur obſeſſi i ordine ad ani/
mā: q2 demō eſt extra aīam. ſed ſunt poſſeſ/
ſi i ordine ad corpus. q2 demō coexiſtit eo/
rū corpibus. ¶ Deinde reſpōdeť ad ratōes Ad 1 de
que fiūt ꝓ queſito. Ad. 1. q̄ ē auctoritas be q̄ſito.

ati Aug⁹.dicit̄.ꝙ intelligat ꝑmā ꝯcluſionē
articuli ſc̄di.ſ.ꝙ ſepe ſciūt nr̄as cogitatiōes
ꝑ diſcurſum: vel ex effectu: vel eas directe:
Ad 2 q꞉ hoc ē ꝓpriū dei.¶ Ad ſc̄dam q̄ ē ꝑma ra/
tio ꝓ illa ꝑte ꝯcedēdo: ꝙ in caſu poſſibile ē
ꝙ aliq̄s peccet mortaliter.ꝛ ꝙ demonē hoc
lateat.licet hoc ſit rarꝫ: eo ꝙ regulariter pec
catū mortale volūtatis aliquem motuꝫ fa
cit in corꝑe: ex quo demon quia ſubtilis eſt
in diſcurrēdo: cōcludit diſcurſiue pc̄m aīe
ī genere vel ī ſpecie.ꝛ forte q̄n̄qꝫ ī nūero ꝓꝑ
ꝯnexionē: q̄re eñ nō poſſet hoc demō: cū ṽ
tus eſtimatiua ex viſis elicit ſpēm ꝛ cogniti
onē ſingularē inimicicie lupi: vt dicet̄ ī ſciē/
tia naturali.¶ Ad improbatōem ꝯſequēt̄
dicit̄.ꝙ executor ē ꝑ⁹ iudiciū ꝑticulare ipſi⁹
anime.ꝛ illo iudicio reuelat̄ ei oīe peccatū
aīe.ꝛ modus punitōis.nō eñ ꝑmittit̄ ī ani
mā ꝯdemnatā ſeuire quantuꝫ vult: ſed vt
puniat citra ꝯdignū: q̄uis libēter plus fa/
Ad 3 ceret ſi ꝑmitteret̄.¶ Ad terciā negādo ꝯn̄ti
am. Et ad ꝓbatōem dr̄.ꝙ q̄uis potētie aīe
notificant̄ ꝑ actus: iſti ſunt act⁹ ſpecifici vel
generales ꝯn̄tes ſpēm illi⁹ potētie. vt vege/
tatiuā ab oꝑe exteriori.ſ.nutritōe: nō aūt ꝑ
oꝑa indiuidualia.q꞉ talia nō cadūt ſub ar
2 te.ꝛ ideo de illis nō loquebat̄ Ariſtō.¶ Se
cūdo dicit̄.ꝙ ph̄s loquit̄ de cognitōe huma
na: que ſubām nō cognoſcit: niſi medianti
bus accidētibꝫ ꝛ effectibꝫ. Secus ē de cog/
nitiōe ſpirituū q̄ cognoſcūt ſubās vel ꝑ ſpe
cies ꝯcreatas ſibi: vel ꝑ ſpēs receptas a ſub
ſtātijs: quoꝝ cognitio eſt ꝑſpicacior q̄ꝫ cog/
nitio humana. de quo magis dicet̄ in que/
3 ſtione ſequēte.¶ Tercio ꝙ rō arguit de cog/
nitōe diſcurſiua: quā demō nō ſumit a co/
gitatōibus mētis: ſed a motu corꝑis queꝫ
videt.ꝛ ergo cogitatiōes ꝛ oꝑatiōes corꝑis
Ad 4 bñ videt.ſed de illis nō eſt ad p̄ſens.¶ Ad
quartā.ꝯceſſo ātecedēte neget̄ ꝯn̄tia. Et ad
ꝓbatōem ei⁹ dicit̄.ꝙ nō oꝑtet oēm cogitati
onē mētis ſequi motū corꝑis: niſi q̄n ē cum
vehementi delectatiōe vel triſticia: ꝙ oꝑtet
nō ſemꝑ vt in cogitationibus ſpeculatiuis
volitionibus circa talia.¶ Secūdo.ꝙ non
eſt contra dicta. quia dato ꝙ ſic cognoſce/
ret: hoc nō eſſet intuitiue: ſed ꝑ diſcurſum:
ꝛ vtplurimū ſic cognoſcit affectiones men/
tis circa agibilia preſertim quādo ſequitur
cōſenſus ꝓpter motus ꝯmuniter tūc in cor
pore ꝯſequētes.¶ Ad auctes poſt oppoſi/
tū: nō oꝑtet rn̄dere.quia ſunt ꝓ dict̄. Hoc
de queſtione.

Onſequēter

c querit̄ ſeptimo circa diſtinctio
nes nonā.decimā ꝛ vndecimā.
vtꝝ ſicut ſuꝑiores angeli cognoſcūt ꝑ ꝯcre
atas ſibi ſpēs: ſic loquēdo ſm̄ illas valeāt
purgare īferiores ꝛ ad quos mittunt̄ hoīes
¶ Que queſtio tria ſupponit: ꝛ quartū q̄rit
ſupponit eñ ꝑmo ꝙ angeli ītelligāt ꝑ ſpēs
ꝯcreatas.¶ Cōtra q̄d arguit̄ ſic. Angeli in/ Cōtra ſuppo.
telligūt ꝑ ſuā eēntiā.ḡ nō ꝑ ſpēs ꝯcreatas.
Cōſequētia nota ē. Añs ꝓbat̄ ꝑmo aucte
b. Diony.vij.ca.de di.no.dicētis.ꝙ angeli
ſciūt ea q̄ ſunt ī terra ſm̄ ꝓpriā mētis natu
rā. Nō idē ē natura mētis angeli ꝛ ei⁹ ſbā.
igit̄.¶ Sc̄do aucte phi.iij.de aīa.ꝛ.xj.meta 1. pbat
ph.dicētis.ꝙ ī ſeꝑatis a materia idē ē ītelli ana.
gere ꝛ q̄d intelligit̄.illud aūt q̄d intelligit̄ ē
idē intelligēti rōe eius q̄ intelligit̄. vbi vult
ꝙ ī talibꝫ ē idē q̄d intelligit: ꝛ id q̄ intelligit
ḡ vult ꝙ talia que ſunt ſine materia: intelli
gūt ſe ſua eſſentia: ꝛ cū angelus ſit ſine ma
teria: habet̄ intentū.¶ Tercio.quia.xij.me/ 3
taph.ca.vj.vult.ꝙ intelligentie que ſūt an
geli: ſm̄ eum ſunt oīmode ſimplices ꝛ im
mobiles. Nō hoc nō videt̄ verū: ſi nō in
telligūt ꝑ eſſentias ſuas.ergo ꝛc̄. Patꝫ ma
ior.vj.ca.xij.metaphyſice. Patꝫ minor.q̄a
ſi intelligūt ꝑ ſpēs receptas a rebꝫ: tūc mu/
tant̄.ſi ꝑ ꝯcreatas: tunc ſunt compoſiti illis
ſpeciebus: ꝛ informati ſuis intellectionibꝫ.
¶ Quarto ꝓbat̄ ātecedēs ratiōe. Angel⁹ ſe
ipm̄ cognoſcit ꝑ ſuā eēntiā.ꝛ oīa alia itel/
ligit in eadē.ḡ ꝛc̄. Cōſequētia nota ē. ꝛ añs
ꝓ ꝑma ꝑte apparet.q꞉ eſſentia angeli eſt ſi
bi ſumme p̄ſens.ꝛ de natura ſua intellectu/
alis: ꝛ angelus ē natus ſe intelligere.ḡ facit
ſibiipſi intelleccōem. Cōſeq̄ntia tenet ex eo
q꞉ q̄n intelligibile p̄ns ē potētie intellectiue
maxime tūc intelligit̄.ꝛ ātecedēs ꝓ q̄libet ꝑ/
te notū ē.¶ Et ꝯfirmat̄.q꞉ vel eſſentia ange Conſi
li ē mediū immediatū quo angelus intelli
git ſe.ꝛ habet̄ ꝓpoſitū: vel aliq̄d aliud.et h̄
nō.q꞉ nihil aliud videt̄ poſſe ita adequate
repn̄tare angelo ſuam eſſentiā ſicut ipſa ſe
ipſam.ꝛ ergo ſi aliquod eſt angelo mediuꝫ
cognoſcēdi ſeipm̄.maxime hoc faciet ſua eſ
ſentia.¶ Itē ſi aliquod ē mediū quo angel⁹ Conſi
intelligit ſeipm̄: ſit b.querit̄ an angelus in/
telligat b.vel nō? ſi dicas ꝙ nō: irrōnabile ē
q꞉ angel⁹ intelligit media quibꝫ cognoſcit
Si dic̄ ꝙ ſic: q̄ro vtꝝ itelligat b ꝑ ſeipm̄: ꝛ

eadē rōne poterat ſuā eſſentiā ꝑ ſeipaꝫ intel
ligere. Uel intelligit b ꝑ aliud vt per c. ⁊ ſic
erit ꝓceſſus ī infinitū. vel deueniet ad aliqͦd
quod erit angelo mediū ſeipm̄ cognoſcēdi.
⁊ ſi ſic: eadē rōne debebat hoc dici ī ꝓmo: ſcꝫ
ꝙ angelus ſe ſua eſſentia intelligit: ⁊ hͦ fuit
maior. Modo ꝓbo minorē. qꝛ ī ſua eēntia
intelligit oīa inferiora: eo ꝙ oīa inferio
ra ī ſe includit: ſicut nūerꝰ ſupior oēs nume/
ros īferiores. ⁊ iō ſi ꝑfecte cognoſcit ſuā eēn
tiā ī ea cognoſcit oīa inferiora. Itē ī ea etiā
cognoſcit oīa ſupiora: eo ꝙ illorū in ſe gerit
quandā ꝑticipatā ſimilitudinē. ī inferiori/
bus ei relucēt ſupiora ſicut ī effectu ſue cau
ſe. Uñ btūs Diony. iiij. de di. no. dicit. ꝙ de
us tota in totis cōgregat. id ē oīa in oīi
bus. ergo aliquo mō oīa includunt eſſen
tie angeli. ⁊ ergo ea ꝑfecta oīa ī ſe cognoſcit
1 princi/ ¶ Itē. intellectus angeli ītelligit: recipiēdo
paliter ſpēs a rebus cognitis. igit nō ꝑ ſpēs concre/
atas. Cōſequētia tenet. qꝛ fruſtra ponerent
duplices ſpēs eiuſdē intelligibilī eodē intel
lectu. Añcedēs ꝓbat. qꝛ alˀs angelꝰ intellige
ret res a qualibet diſtantia. ⁊ ſic fruſtra mo
ueret ad res. ⁊ pꝫ ꝯñtia. qꝛ ita hꝫ ſpēcieꝫ rei
2 diſtātis ſicut ꝓpinque. ¶ Scd̄o. qꝛ niſi ſic:
ſꝑ oīa intelligeret. ⁊ ſic nihil de nouo cogno
ſcere valeret: nec ſurgeret in eo noua cōpla/
cētia vel diſplicētia. imo oīa futura vide
ret. qꝛ vtiqꝫ videbit ea poſtqꝫ facta ſunt: ⁊ ſi
nō de nouo: ergͦ antea ea nouit. ⁊ iō pꝫ falſi/
tas ꝯſequētis. ⁊ ꝯñtia tenet. qꝛ ſꝑ oīm ſpēs
ī ſe haberet: nec aliquas nouas a rebꝫ vnqꝫ
3 recipet. ¶ Tercio ꝓbat añcedēs aucte beati
Aug. xij. de tri. ca. vij. dicētis. Deus nō ad
tp̄s videt: nec aliquid noui fit ī eius viſio/
ne angꝫ ſciētia: cū aliqͦd tꝑalit gerit: ſicut in
de afficiunt ſenſus: carnaliū. aīaliū ⁊ hoīm
⁊ etiā celeſtes angeloꝝ. vbi manifeſte vult
ꝙ ex effectu nouo de nouo afficiūt mētes an
3 pnci. gelice. qd̄ neqͥt eē niſi recipiēdo a rebꝫ ¶ Ter
cio ꝓncipalit ſic. angelꝰ cognoſcit ſinglaria
⁊ nō pt̄ illa cogſcere ꝑ ſpēs ꝯcreatas. ergͦ ⁊c. ꝯñ
tia nota ē. ⁊ pꝫ maior. qꝛ angeli agūt vt cu/
ſtodes hoīm: ſicut dicit mgr̄ di. xj. ſcd̄i ¶ Itē
mouēt motu ſingulari intellectu ⁊ volūtate
vt vult ph̄s. xij. metaph̄. mō actiōes ſꝑ ſūt
circa ſingularia: vt pꝫ ī ꝓlogo eiuſdē meta
ph̄. Minor pꝫ. qꝛ ſingularia ꝯhūt ad tp̄s
⁊ ad locū ſingularit exñtia. q̄ in angelis nō
vident eē Tū qꝛ ſunt ſuꝑ tp̄s. tū etiā ſpēs q̄
repñtaret antichriſtū pure: nūc et in hͦ loco
eēt falſa. ⁊ tercio. qꝛ oporteret ꝙ infinitas ha/
beret ſpēs. cū infinita ſunt ſingularia ꝓpter
infinitas ꝑtes cōtinui. ¶ Confirmat. qꝛ vel Cōfir.
vnica ſpē ꝯcreata cognoſcit oēs hoīes. ⁊ ſic
illa erit cōis in repñtādo. ⁊ ſic nō cognoſce/
ret ꝑ eā ſingularit: vel cognoſcit aliū ⁊ aliū
hoīem alia ⁊ alia ſpē. ⁊ ſi ſic: tūc oportebit ꝙ
ſint infinite ſpēs ī mēte angeli ꝓpt infinita
tē hoīm poſſibiliū. Itē ꝓpt īfinitas ꝑtes tē/
poris ꝑ q̄s vnꝰ hō viuit. niſi forte dicat ꝙ ſo
lū erūt finiti hoīes. ⁊ ꝙ angeli oīm illoꝝ ha
bēt ſilitudines. Sꝫ hͦ nō videt valere. qꝛ ſi
ſic: tūc ſi deꝰ ꝓduceret vnū hoīem q̇ nō gene
rabit: ſꝫ pt̄ generari. illū angelꝰ nō cognoſce
ret ſaltē indiuidualit. pꝫ ꝯñtia. qꝛ ſilitudi
nē eiꝰ nō accepiſſꝫ ¶ Quarto ꝓncipalit. ſi an 4. ꝓnci.
gelꝰ ꝑ ſpēs ꝯcreatas cognoſceret: oīa futura
ꝓuideret. Falſitas pꝫ. qꝛ hoc ē ꝓpriū dei. iux
ta illud Eſa. xlj. Annūciate q̄ ventura ſunt ī
futuꝝ: ⁊ ſciemꝰ qꝛ dij eſtis vos. ꝯñtia tm̄ ꝓ/
bat. qꝛ oīa illa noſcit quoꝝ ſpēs hꝫ ī intelle
ctu ſuo. ſꝫ oīm futuroꝝ hēt ſpēs ī itellectu
ſuo. igit. pꝫ maior. qꝛ pñtia ſpēi cū itellectu
ſufficiūt ad formādā cognitōeꝫ. Minor pꝫ
ꝑ aduerſariū. ¶ Sed ī oppoſituꝫ iſtiꝰ ꝑtis ⁊ pro ſup/
ꝓ ſuppoſito arguit ſic. qꝛ angelus cognoſcit poſito.
res: ⁊ nō ꝑ ſpēs receptas a rebꝫ. nec ꝑ ſuam
eēntiā formalit. igit ꝑ ſpēs ꝯcreatas. Tenꝫ
ꝯña. ⁊ pꝫ maior. qꝛ dicit mgr̄ ꝙ vnꝰ illumi/
nat aliū: qd̄ nō eēt niſi cognoſceret. ¶ Item 2
Mat. xix. dr̄. ꝙ ſꝑ videt faciē pr̄is. ſꝫ minor.
ꝙ nō recipiūt a rebꝫ ſpēs: illa ē b. Diony. vij
de di. no. dicētis. ꝙ angeli nō congregāt di/
uinā cognitōem a rebus diuiſibilibꝫ aut a
ſenſibilibꝫ. ¶ Itē nō minore ꝑfectōe produ 3
cti ſunt angeli qꝫ ꝓmus hō Sꝫ ꝓmꝰ hō ha
buit ſciam reꝝ ꝑ ſpēs ꝯcreatas. ergͦ a fortiori
angelꝰ. Pꝫ maior. qꝛ angelꝰ ē nobilior crea/
tura qꝫ hō: ⁊ minor pꝫ ꝑ illud Gen̄. ij. qꝛ im
poſuit oīibꝫ rebꝫ noīa: ⁊ ex quo noīa debent
ꝯformari rebꝫ: ſingulas res nouit. ⁊ nō ꝑ do
ctrinā. ergo ꝑ ſciētie infuſionē. ⁊ ex ꝯñti ꝑ ſpe
cies concreatas.

Huius queſtiōis

erūt quattuor articuli: quos diuiſim tracta
re volo: vt minor fiat ꝯfuſio. Quoꝝ ꝓmꝰ ē
de cognitōne angeloꝝ: de qua nūc dicet. ⁊ ſic
ꝓcedā ꝙ ꝓmo ꝓmittā aliquas ſuppoſitōes
Scd̄o ꝓbabiles ꝯcluſiones. qꝛ modi loqn
di doctoꝝ valde hic ſūt diuerſi. ¶ Quo igi Arti. i.
tur ad ꝓmā ꝑtē eſt ꝓma ſuppoſitio. Angeli
cognoſcūt. hec ī lumine naturali ꝯceditur

a pħo ⁊ ſuo ꝯmētatore.xij.metaph.qui vo
lūt ꝙ intelligētię mouētes mouēt ꝑ intelle/
ctū ⁊ voluntatē. ⁊ ī ſacro canōe ē pluries ex
2.ſuppō preſſa.¶Scđa ſuppoſitio. ꝙ eētia angeli
ſiue angel⁹ ē omino incorporeus. Pȝ.q: eſt
ſpūs:ꝑ illud pš.cxxxij. Qui facis angelos
ſuos ſpūs. Spūs aūt carnem ⁊ oſſa nō hȝ
Joh.xx. ⁊ a fortiori nō habet aliam molem
corpis. quę ē minus nobilis. Et phus hoc
vult.xij.metaph.ꝙ in lumine naturali con
cluderet ex ſimplicitate motus ⁊ regularita
te qua mouēt. Itē hoc exigit ordo vniuerſi:
vt nō ſolū ſit ens dependēs ꝑ ſe exiſtēs ſup/
poſitaliter corporeū:ſed etiā incorporeum.
Corrē. ¶Correlarie ſequit. ꝙ angelus nō ſentit ꝓ/
prie. Patȝ.quia hoc ē ꝓpriū corporeorum
Uñ auctres dicētes angelos videre vel ſen
tire debēt exponi ꝑ ſilītudinē:vt ſit ſenſus.ꝓ
portiōabiliter intellectu certitudinalit cog
noſcūt:ſicut nos cū videmus vel ſentimus
3.ſuppō ¶Tercia ſuppō.angel⁹ nō intelligit inſpici
endo phātaſmata ſua.patȝ ex pcedente q:
Corre. phātaſmata pſupponūt ſenſuȝ.¶Correla/
rie.ad min⁹ angeli nō ꝓportiōabilit intelli
gūt ſic nos itelligim⁹ ī vita pñte.pȝ.q: nos
nō intelligim⁹ ſine phantaſmatib⁹ vt dicit
4.ſuppō phus.iij.de aīa: ⁊ experimur ī nobis.¶Quar
ta ſuppō. Res corpeę nō pñt vi naturę ſuę
multiplicare ſuas ſpēs ī angelos:niſi h̄ fue
rit aliquo ſpāli admiculo dei. Hec ē b. Au/
guſtini.ij.ſuꝑ Geñ.ad lrāȝ.ca.xix. de puis
dicētis. Nec ſane putāduȝ ē facere aliquid
corpus ī ſpm̄.pȝ. tum q: ſm virtutes ſuas
nō agūt niſi extenſe.nō eſt autē angelus na
tus recipe niſi extēſe:cū ſic incorpore⁹:vt di
cit ſcđa ſuppoſitio.¶Scđo etiā.q: oīs diſ/
poſitio quā recipit angel⁹ ē neceſſario īdiui/
ſibil. ⁊ tale qđ ī ꝟtute ſua nequit facere vis
corpea.¶Dico notāter ſine ſpāli admiculo
dei.q: cū creatura obediat creatori:de⁹ cū ig/
ne infernali ꝓportionabilit ingerit angelis
malis dolorē:ac ſi corpales eſſent. De q̄ al's
Corre. plus poterit dici.¶Primū correlariū.ange
li ꝓpe cognoſcūt:nō ex eo ꝙ res corpeę ī eoꝝ
eētijs generāt ſuas ſilitudies.patȝ.q: res
corpeę ī eos nō agūt vt dicit ſuppō pcedēs
¶Ad iſtā rōeȝ ꝑmā ſuppōis rñdēt illi q̄ ſūt
de alia opiniōe.ꝙ verū ē ꝙ nō agūt ī eos acti
one reali:ſȝ actōe ſpūali. Sed ſalua eoꝝ re
uerentia iſtud nō ſoluit.q: ſiue ſit actio real'
ſiue ſpūalis agētis corpei:ſꝑ ē extenſa:ſicut
lumē ī medio:q̄uis ſit actio ſpūalis lucis.
ētñ expāſum ꝑ totū mediū. eodē mō de ſpē/

bus caloris ⁊ alioꝝ ſenſibiliū. nō em̄ dicūt
ſpūales q: indiuiſibiles.ſicut veri ſpūs vel
ſicut ſcīa in aīa:ſed poti⁹ q: inſenſibiles:ſic
adhuc remoti⁹ vētus vocat ſpūs:adhuc re
motiori trāſſumptōe:eo ꝙ inſenſibilis avi
ſu.ſicut de hoc patȝ.ij.metheoroꝝ. ⁊ hęc ex
phia ſatis ſunt manifeſta.¶Quīta ſuppō 5.ſuppō
ꝙ angel⁹ cognoſcit ſeipm̄.pȝ ꝑ Aug.ij.ſuꝑ
Geñ.ad lrām dicentē.ꝙ angel⁹ ī ſua confir/
matōe cognouit ſeipm̄. ⁊ ꝑ ꝯfirmatōȝ ītelli
git naturalē illuminatōȝ.¶ Itē cogſcit oēs 2
alios angelos.pȝ ꝑ auctorē đ cauſ:dicentē
ꝙ omīs intelligētia ſcit res quę nō corrūpū/
tur. Et Aug.ij.ſuꝑ Geñ.ad lrāȝ.vult ꝙ an
gelus cognoſcit ꝑ impſſioneȝ dei oīm natu
ras: ⁊ corpaliū ⁊ ſpūaliuȝ.¶ Itē tcio cogno 3
ſcūt angeli ex naturalib⁹ ſuis deū.pȝ.q: ho
mīes ex naturalib⁹ ſuis pñt cognoſcere deū
ſicut dr̄ ad Ro.j. Inuiſibilia dei ⁊c.ḡ ⁊ āge/
li.¶ Itē q̄rto.angeli cogſcunt ſingularit res 4
marīales: ⁊ ꝑfecte ī ſuo genere. Pȝ ꝑmo.q:
h̄ pñt hoīes:q̄re nō angeli:¶ Et ſi dicat.ꝙ
ītellect⁹ ē vniuerſaliū:ſenſus ſingulariū:an
geli carēt ſenſu. Pȝ ꝙ rō nō ꝯcludit.q: ītel/
lect⁹ ꝑmo cognoſcit ſingularit.q: ſic ꝑmo re
pñtat ei ſenſus.ſ.rē cū ꝓꝓetatib⁹ accñtalib⁹
ſed cognoſcit ſingulariter ꝯceptu ſingulari
nō determinato.ſ. Socratis vel Platonis
cū tales ī ſenſu nō ſint cognitōes.q: nō co
gnoſcit niſi cū accidentib⁹ īdiuidualibus.
¶Auctas igit phi ī.j.phyſicoꝝ. ⁊ ꝯmētato/
ris cōſimilis.iij.de aīa. ⁊ omēs quotquot ta
les ſunt:intelligunt ꝙ intellectus eſt vlium
ſic ꝙ nō ſenſus.ſed ſenſus ē ſingulariuȝ.nō
tñ ꝑ excluſionē intellectus.¶Hęc etiaȝ ꝑs 5
ſuppoſitōis pȝ.q: angeli deputāt cuſtodes
hoīm ſingulariū:vt dr̄ Mat.xix. ⁊ mgr̄ di.
xj. ⁊ quō bñ cuſtodirēt id:quod nō diſtīcte
cognoſcerēt. Eſt etiā phi.xij.metaph.volē/
tis.ꝙ intelligētię mouēt ꝑ intellectū ⁊ volū
tateȝ: ⁊ quomō aliter ſingulare ꝑ intellectū
mouerēt niſi ipm̄ cognoſcerēt: ⁊ vellēt ꝑ vo
luntateȝ moueri.¶Uidet mihi ꝙ hę ſuppo
ſitōnes ſint verę: ⁊ tam in lumine naturali
q̄ȝ etiā ſacrę ſciētię cōcedendę.¶Sexto pre 6 ſuppō
mitto ꝑ inquirēdo modū quo angeli prędi
cta etiā ex ſuis naturalib⁹ cognoſcere pñt ꝙ
de hoc poſſem⁹ imaginari tripliciť quātū mi
hi occurrit. Primo ꝙ oīa cognoſcerēt ꝑ ſuā 1
eſſentiā:licȝ min⁹ ꝑfecte.¶Scđo mō ſic. ꝙ 2
omīa cognoſcerēt ꝑ cognitōes ſuꝑadditas
¶Tercio mō ſic. ꝙ aliq̄ vt ſeipos cogſcerēt 3
ꝑ ſuā eētiā: ⁊ oīa alia cognoſcerēt ꝑ cogni/

doneſupadditā.quē modū tangit ſ. Tho.
pma pte ſumme.q.lvj.articulo.ij.in corpe
illius articuli.¶ Itē ſi ſcdo vel tercio mō di
cat.ꝙ intelligāt p ſpēs ſupadditas: hoc du
1 pliciter poſſum⁹ adhuc imaginari.¶ Uno
mō ꝙ p ſpēs q̄s i ipſis pduxerūt actiōe ſua
2 res itelligibiles ad extra.¶ Alio mō ꝙ p ſpe
cies nō pductas a reb⁹ ad extra cōit̄: ꝛ h̄ ite
1 rū dupl'r.¶ Uno mō ꝙ oīa intelligūt p ſpēs
2 ſibi a natura ꝯcreatas.¶ Alio mō ꝙ p ſpēs
ꝯcreatas.ſ.q̄ vocant̄ naturale lumē angeli
vel ſicut placuerit eas noīare.ꝛ p actus ali
quos additos.quos in ſe pducūt ex pñtia
rex cuȝ illo naturali lumine.¶ Itē ſi tercio
mō dicat̄.ꝙ aliqua intelligūt p ſuā eſſentiā
ꝛ aliqua p ſupaddita: hoc pōt intelligi du
1 pliciter. Uno mō ſic ꝙ ſolū ſeipos itelligūt
p ſuā eſſentiā.ꝛ om̄ia alia p intellectōes ad
2 ditas.q̄ eſt bri Thome. Alio mō ſic ꝙ oīa
ſupiora vel equalia intelligūt p intellectio
nes additas: ſed ſeipos ꝛ oīa inferiora p ſu
am eſſentiā: eo ꝙ eēntia eox clare cognita:
ē repñtatiuū ſufficiēs oīm inferiox: q2 emi
nenter om̄ia illa ꝯtinet: ſicut numer⁹ ſupior
oēs numeros inferiores.ꝛ fortaſſis aliȷs a
cutiorib⁹ aliȷ modi ſubtiliores occurrerent.
mihi autēȝ nō vident̄ aliȷ in genere p nūc.
De ēē pma pte hui⁹ articuli.

Scda ps.i.art. Quantū ad ſecun
dam partē videndū eſt: quis iſtox modox
ſit pbabilior: ſolū probabiliter pcedēdo in
om̄ibus ſubijciendo me determinationi ec
cleſie: ſi aliq̄d ſup his determīaret: ꝛ aliorūȝ
Scdo 1 melius dicentiū: ſit pma ꝯcluſio hec. Non
videt̄ pbabile: loquēdo catholice.ꝙ ange
lus oīa cognoſcat formalit̄ p ſuā eſſentiaȝ.
Probat̄ ſic pmo. quia ſic i cognoſcēdo eēnt
eque ſimplices ſicut de⁹. quod male ſonat.
ꝛ ꝯñtia pbat̄. q2 cognitio eox nō plus ſup
adderet eox eſſentie q̄ȝ cognitio diuina eēn
2 tie diuine.¶ Scdo ſic. q2 ſi ſua eēntia for
maliter cognoſcerēt: tunc etiam ſua eſſen
tia formalit̄ diligerēt vel odirēt. Pȝ ꝯñtia
q2 vbi act⁹ intellect⁹ nō addit ſup potentiā
itellectiuā: etiā act⁹ volūtatis nō addit ſup
volūtatē ſicut dei dilectio qua ſe diligit ē de
us.eque bñ ſicut ei⁹ cognitio ē deus: ꝛ in na
turalib⁹ ita deſideriū naturale grauis ē ſua
forma: ſicut ſua intētio qua intendit ſuum
bonū. Nō falſitas ꝯñtis apparet. quia ſic
idē eſſet cognitio angeli ꝛ ſuus amor vel ſu
um odiū.¶ Q, aūt hoc falſum ſit pȝ pmo. 1
q2 natura pot̄ ē i om̄ib⁹ creatis cognitio vo
lūtaris q̄ȝ amor: idē aūt nō ē pus ſeipo.¶ Se 2
cūdo: q2 tūc odiū angeli nō poſſet augeri vl̄
minui. contra illud ps. Supbia eorū qui
te oderūt aſcendit ſemp. Et pȝ ꝯñtia. quia
eox eſſentia vtriq̄ȝ nō pōt augeri nec minui
cū ſit indiuiſibilis.¶ Et tercio ad ꝯcluſiōȝ 3
quia cū in locutiōe angeli manifeſtet̄ eius
intellectio: oīs locutio angeli idē haberet p
fundamēto qd̄ exp̄meret: ꝛ ſic nō videt̄ quō
alius angelus illā pfecte ꝛ diſtincte intelli
gere valeat. Pȝ tñ ꝯñtia. q2 om̄is cognitio
quā locutio exp̄meret eſſet ſimplex eſſentia
angeli.¶ Forte dices.ꝙ in locutōe angelus
aliquē ꝯceptū diſtinctū in ſe vel in alio for
maret quo diſtincte ſua intētio p aliū intel
ligi poſſet. placet. q2 tūc hoc cōceſſo angel⁹
p aliq̄d aliud formale additū ſue eēntie in
telliget.ꝛ ſic nō oīa intelligit formalit̄ p ſuā
eēntiā: qd̄ ē ꝯcluſio.¶ Quarto. q2 ſic cogni 4
tio angeli nō videt̄ aliq̄d denouo poſſe ad
diſcere: ꝛ ſic ſupior nō poſſȝ inferiorē illumi
nare. qd̄ falſuȝ ē: vt poſt dicet̄. ꝛ mgr̄ dicit i
lr̄a. ꝛ pȝ ꝯñtia. q2 eſſentie nihil pt̄ addi ſm
ſe. Si ḡ om̄is cognitio angeli ē ſua eēntia:
nulla potīt ſibi cognitio noua addi.¶ Qui 5
to. mal⁹ angelus nō poſſȝ mētiri: ſȝ neccario
ſtaret i v̄itate. Falſitas pȝ Joh. viij. fuit em̄
mēdax ab initio. ꝛ nō ſtetit i v̄itate. ꝛ pȝ ꝯñ
tia. q2 eēntia ei⁹ neccario tātē ē veritas quātē
ē entitas: cū entitas. veritas ꝛ bonitas necca
rio ꝯuertant̄: ꝛ ḡ ipa ſm ſe neq̄t eē ſignū fal
ſi.¶ Sexto. nō poſſet angelus inferior cog 6
ſcere ſupiorē. pbatio ꝯñtie. q2 eēntia inferio
ris nō includit pfectiōȝ ſupioris: nec etiam
ab ea depēdet tanq̄ȝ a ſua cā: ꝛ ḡ nullo mō ē
eius ſignū ppriū: ḡ cognitōne ppria ange
lus iferior ſupiorē nō cognoſceret.¶ Septi 7
mo. angelus ſolū ſeipm poſſit ſingulariter
cognoſcere. ꝯñs ē ꝯ ſuppoſitōeȝ q̄ntā. patȝ
ꝯñtia. q2 eius eēntia nō eſt ſignū alicui⁹ ſin
gularit̄ determinatū. Niſi forte dicas.ꝙ vīa
cauſe: ſicut de⁹ oīa cognoſcit ſingularit̄: eo ꝙ
oīa ſingularia diſtinctiſſime pducere pt̄. ſȝ il
lud nō hȝ locū i angelo: q2 rex aliax nō eſt
cā: aut ſi ſit cā: h̄ ē paucax: quō ḡ ad aliorū
q̄x nō ē cā: determīaret̄ ad ſingularē cognitōȝ
¶ Octauo. dilectio beatifica ē eēntie angeli 8
ſupaddita. q2 ē ex gr̄a: vt pus dictū ē. ḡ ꝛ di
lectio naturalis. ꝯñtia tenet. q2 nō videt̄ di
lectio btifica min⁹ itima rei q̄ȝ eius natura
lis dilectio ſequēs volūtatē: eo ꝙ intimius

ꝑficit voluntatē: ⁊ vltra. ergo ⁊ cognitio an
geli. Tenet ꝯñtia. qꝛ eadē ē ratio. ¶ In hac
ꝯcluſiōe notāter addit formalit̄. qꝛ nō ē ne
gādū angelū cognoſcere q̄ cognoſcit ꝑ ſuā
eēntiā ſubiectiue. Et credo ꝯcl'oem eē ꝓba
bilez. qꝛ ꝙ aliq̇d ſit ſibiipſi formalis cogni
tio: videt̄ mihi eſſe ꝓpriū dei: ꝗuis ꝯtrariū
poſſet ꝓbabiliter teneri. Et hec ꝯcluſio eſt
de mēte b. Diony. iiij. de di. no. dicētis. ꝙ an
geli illuminant rationibꝫ rez. i. ſpēbus rez
Cōcl'o. 2 ſuꝑadditis. ¶ Scd'a ꝯcluſio ponit̄. ꝙ ange
lus ſeipm̄ nō cognoſcit formaliter ꝑ ſuam
eēntiā. ꝑſuadet̄ ſic. Aīa hoīs nō cognoſcit
ſeipam ꝑ ſuā eſſentiā. ḡ nec angel⁹. Probat̄
ꝯñtia. qꝛ videt̄ ꝙ aīa ſeꝑata eo mō cogno
ſcat ſe ſicut angel⁹: vel mō ꝓportionabili.
2 ¶ Et ex alio. qꝛ ſi oī angelo eēt naturale cog
noſcere ſe ꝑ ſuā eēntiā: tūc ſe videre ꝑ eſſen
tiā videret ſeq̇ naturā rōnalē ſpūs. ⁊ ex ꝯñ
3 ti ita ꝯueniret homi ſicut angelo. ¶ Et t̄cio
qꝛ licet om̄es angeli ꝯditi ſint ſuꝑiores na
turalit̄: hodie t̄n nō videt̄ implicare ꝙ deus
ꝓduceret creaturā rōnalē ꝑ ſe exn̄tē min⁹ ꝑ
fectā: ꝗ̄ eſſet aīa homis. ſi ḡ illa ꝑ ſuaz eēn
tiā ſe intelligeret. quare nō aīa hoīs? Añs ē
phi. iij. de aīa ca. j. qꝛ aīa nō cognoſcit ſe ni
ſi alijs p̄cognitis. ⁊ ꝑ diſcurſū ex illis: vt ibi
4 ex alio dē vult phs. ¶ Et ex alio. qꝛ ſi ꝑ ſuā eēntiaz
1 ſe intelligeret: tūc ad minus facile ſe intelli
geret. cui⁹ ꝯtrariū expimur. ⁊ oppoſitū ē ar
2 ticul⁹ dāmnat⁹ pariſi⁹. ¶ Scd'o. qꝛ nihil di
ligit ſe dilectōe volūtatis ꝑ ſuā eſſentiā for
maliter. ergo nec cognoſcit. Cōſeq̄ntia tenz
qꝛ ē eadē rō. Et añcedēs deductū fuit ī ſcd'a
3 rōne facta ꝓ ꝯcl'one p̄ma ¶ Itē t̄cio. qꝛ vtiqꝫ
dilectio bn̄fica (vt dictū fuit) ē ibi ſuꝑaddi
4 ta: ⁊ q̄re nō eodē mō naturalt̄. ¶ Quarto qꝛ
dilectio iordinata ſui fuit p̄mo angelo oc
caſio dānatōis: vt p̄us dictū fuit. ⁊ natura
nō fuit ſibi formalit̄ cā dānatōis. qꝛ tūc cre
Corre. at⁹ fuiſſz dānat⁹. ¶ Corre. nihil coḡſcit an
gelus ꝑ ſuā eēntiā formalit̄. ꝓbat̄. qꝛ nō ſe
ipm̄. ḡ nihil aliud. ḡ nihil. vltima ꝯñtia no
ta ē. ⁊ p̄ma ꝓbat̄. qꝛ ſi eſſentia angeli deberet
eē formal' cognitio ipī angelo: maxie eēt ſui
obiectio Añs ē ꝯcl'o. ¶ Et ſi dicat̄ ꝙ ſ. Tho. dicit ꝯ
ſolutio triū. Dicit̄ ꝙ h̄ dicat ꝓbabiliter ⁊ opinatiue:
nō aūt optet ī omibꝫ eū tenere: vbi alia ꝓs
Cōcl'o 3 eēt magꝭ ꝓbabilis. ¶ Tercia ꝯcl'o ſequit̄ ex
his duabꝫ. ꝙ oīa q̄ angel⁹ intelligit intelle
ctōe ſuꝑaddita. pꝫ ex correlario ꝯcl'onis p̄ce
Oppōit̄ dētis. ¶ Sꝫ contra dices tu. qꝛ phs. xij. me
taph. ꝓbat p̄mo. ꝙ motor ꝑpetu⁹ ē oīno ſim
plex. ſic ꝙ ī eo ē idē delectatio ⁊ vita. Et poſt
in ca. vj. querit: vtꝝ ſit vnus talis vel mul
ti. Et ꝯcludit ꝙ ſunt tot tales q̄t ſunt mot⁹
celeſtes. ḡ videt̄ velle. ꝙ in quolibet angelo
ſaltē motore ſit om̄imoda ſimplicitaſ. ḡ nō
intellectio ſuꝑaddita ¶ R̷. ꝙ ī metaphyſica Sol.
Ariſto. quā habem⁹ traſlatā: paꝝ eſt de hac
materia expſſum. ⁊ ergo non bn̄ ſcimus q̇d
fuerit ſue intētionis de cognitōibus intelli
gentiaꝝ mouentiū: tamē ad formā ratiōis
dicit̄. ꝙ phs in ca. iiij. ⁊. v. duodecimi mul
ta ꝓbat q̄ ſunt ꝓpria deo: vt ꝙ ab eo depen
det celū ⁊ tota natura. ꝙ ē ens optimū. ꝙ de
lectatio ⁊ vita ſunt deus ⁊c. que nō vult ali
cui alteri motori ſiue ſcd'o aſcribi. Et ita eti
am eſt de om̄imoda ſimplicitate. nūq̄ꝫ ēi vo
luit phs (vt eſtimo) ꝙ motores dependentes Cō
eēnt adeo ſimplices ſicut motor p̄m⁹ Sed
qꝛ ꝓbanit ꝙ eēt ſempit̄nus: ⁊ ſꝑ moueret: ⁊
hmōi alia: quo ad illa q̄nt: vtꝝ ſol⁹ ſit vn⁹
motor ſempitern⁹ ⁊c. ¶ Quarta ꝯcl'o. ꝙ an Cōcl'o 4
gel⁹ nō intelligit intellectōe vel ſpē quaz in
ipo produxerūt res intelligibiles corporee
ad extra. Patꝫ ꝑ ſuppoſitōem quartā. qꝛ il
le ſua ꝓpria vi nequeunt agere in angeluz.
Quinta ꝯcluſio ſequit̄. ꝙ oīa q̄ angel⁹ intel Cōcl'o 5
ligit: intelligit ꝑ ſpēs ſuꝑadditas ſibi cōcre
atas: vel ꝑ ſpēs quas ī ſe facit ipemet vel ali
us angel⁹ ſiue ſpūs. vel his ſimul. Pꝫ ꝙ ꝑ
additas ꝑ ꝯcluſionē t̄ciā. Sꝫ ꝙ ꝑ concrea
tas: vel ab angelo ī eo ꝓductas ⁊c. pꝫ ꝑ p̄ce
dētē. qꝛ res corꝑee nullā ī eo ſufficiunt ꝓdu
cere ſpēm. ¶ Sexta ꝯcl'o. veriſile ē deū ꝓdu Cōcl'o 6
xiſſe angelū cum plena cognitōne rez con
grua ſue nature. probat̄ ſic. qꝛ angel⁹ cogno
uit ex initio ſue creatōis res corꝑales ⁊ infe
riores. ḡ ꝯcl'o ē vera. ꝯñtia nota ē. qꝛ ſi ē cō Cō
ditus cū cognitōe inferioꝝ: a fortiori cōdi
tus ē cū cognitiōe ſuꝑioꝝ. qꝛ in illā min⁹ po
tuit ex ſuis naturalibꝫ Añs h̄r a b. Aug.
ij. ſuꝑ Gen̄. ad l'raz dicētē. Cetera q̄ infra an
gelos ſunt: ita creant̄ vt p̄us fiāt ī cognitōe
rōnal' creature. ac deinde ī genere ſuo. ¶ Se 2
cūdo. qꝛ hō cōdit⁹ ē cū cognitōe ſua ſue na
ture cōgrua. ḡ ⁊ angel⁹. ꝯñtia tenet. qꝛ non
min⁹ ꝑfecte creauit de⁹ creaturas ſuꝑiores
ꝗ̄ꝫ inferiores. ⁊ añcedēs pꝫ Gen̄. ij. qꝛ niſi ꝑ
fectus fuiſſet hō conditus: nō habuiſſꝫ ſa
pientiā cōgruis nomibꝫ ſingula noīandi.
¶ Tercio qꝛ ſuprem⁹ angel⁹ fuit productus 3
cum plenitudine ſapiētie cōgrue ſuis natu
ralibꝫ. ḡ ⁊ ſinguli cuꝫ ſapiā ſuis naturalibꝫ
cōgrua. Cōſeq̄ntia tenet. qꝛ nō eſt potior rō

ꝺe vno q̄ꝫ ꝺe alio. Añs habet ex illo Ezech.
xxviij. Tu ſignaculū ſilitudis plen⁹ ſapia ꝛ
pfect⁹ ꝺecore. ſequit: pfect⁹ in vijs tuis a ꝺie
ꝯditiōis: ꝺonec inuēta ē i te iniq̄tas: ſi erat
plen⁹ ſapia: ſi pfect⁹ i vijs ſuis: ꝓpoſitū ha/
bet. Niſi ꝺicat ꝙ hęc auctas loquat ꝺe ſta/
tu quē habuit poſt ṗncipiū ſui eē. ꝛ nō i ip/
ſo. ꝛ hoc nō eſt rōnabile. qꝛ nūq̄ꝫ fuit ei ap/
poſita gr̄a gratū faciēs: ꝛ ergo ꝺona q̄ habu
it: ab ipo initio accepit. ꝛ hoc ſonat ſcḋa ps
auctis. a ꝺie ꝯditionis tuę. i. a ṗncipio ſui
eſſe. ¶ Itē opinio ſcti Thomę ꝛ ſuoꝝ ponit
eos creatos i gr̄a gratū facien̄te: ꝛ a fortiori
cū his cognitōibꝫ pficiētibꝫ naturā ſm̄ ſuā
ꝓpriā ꝟtutē. ¶ Sed ē bn̄ ꝺubiū: i quibꝫ cō
ſiſtebat hic angeloꝝ cognitio: vtꝝ i omniū
actuali cognitōe: vel aliquoꝝ ꝛ aliq̄rū nō.
Cõclo 7 ¶ Et p illoꝝ meliori itellectu ē ꝯcluſio ſepti
ma. Sapiētia āgelo ꝯcreata licet ꝺei ꝛ oim̄
pducibiliū habuerit generalē cognitōꝫ: tn̄
nō oim̄ habuit cognitōem ſingularē ꝛ ꝺeter
miatā. Pꝫ ṗma ps. qꝛ cognitōem vlēꝫ reꝝ
accepit vt ſciam ꝛ ſapiam: vt allegatū eſt.
1 ¶ Pꝫ ꝛ ſcḋa. qꝛ ſic ſciuiſſet futura ꝯtingētia
i ꝓpria ꝛ ſingulari eoꝝ cognitōe. ſ. qualit̄ et
qn̄ fuiſſent futura. hoc autē nō cōuenit an
gelo: ſaltem ꝺe rebus ſm̄ ſe. q̄uis poterāt vi
ꝺere eas i ſuis cauſis: hę tamē erāt impeꝺi/
2 biles. ¶ Itē futuroꝝ ꝯtingētiū extra ſemp ꝛ
frequēter eueniētium: angelus nec in ſe nec
i ſuis cauſis habuit cognitōem: eo ꝙ taliū
3 nō ſunt cauſę ꝺeterminatę. ¶ Itē venerabilis
Anſelmus ꝺe caſu ꝺiaboli ꝺicit. ꝙ angelus
neſciuit ſuū caſuꝫ. ꝛ eoꝺē mō ē veriſimile. ꝙ
ret in eternum. quia poſt pctm̄ nõ potuiſ/
ſet hoc lignum: niſi deus per miraculũ vo/
luiſſet ſecum fuiſſe operatus: ſicut nec an/
te hoc habebat per aduerſarium. ¶ Forte

dicetur ꝙ ante pctm̄ cum vires inferiores obiectõ 1
erant anime obedientes: fuit homo magis
preſeruabilis qꝫ poſt peccatũ poſtqꝫ ſenſꝰ
incepit obuiare legi rõnis. quia tale bellũ
intrinſecũ multum debilitat ɔtutes natu/
rales. ¶ Secundo arguit magiſter Pe/ 2
trꝰ de tharantaſio. quia Gen. iij. dr: Qua
cunqꝫ hora ex eo comederis: morte morie
ris. id eſt neceſſitatus eris ad mori. g non
potuit p lignũ vite a morte pſeruari. ¶ Ter/ 3
tio. quia iumẽta nõ pſeruant nec poſſunt
pſeruari per eſum ligni vite: ⁊ homo eſt cõ
paratus eis per peccatuꝫ. vt dicit pſalmi.
pſal. xlviij. ergo nec homo. ¶ Quarto ſic 4
arguit. quia nõ poterat d mortuo facere vi
uum: cum hoc ſit ſoliꝰ dei. ergo nec d mor
tali immortale. probatio ɔſeqntie. qꝛ ma/
ius eſſet facere de mortali immortale: cum
differant genere. vt dicit. x. metha. de cor
ruptibili ⁊ incorruptibili: qꝫ de mortuo vi/
uum que habent fieri circa idem genꝰ Ob
has tres vltimas rõnes Petrus de tharã
taſio tenet ɔcluſionẽ contrariã diſti. xix. ſe
cundi. queſtio. ſcda. articlo ſcdo. Sed ſm
veritatem ſalua reuerẽtia doctoris hec ni/
hil cõcludunt de poſſe: nec de natura ligni:
ſed ſolũ de eſſe. ¶ Unde ad pmã concedit Ad 1
ꝙ conſeruabilior erat homo ante peccatũ
qꝫ poſt. ſed nõ in infinitũ. Et ideo cõſequen
ter concedendũ eſt: ꝙ poſt pctm̄ ſepius in/
diguiſſet vti ligno vite vt nõ moreretur qꝫ
ante peccatũ: eo ꝙ virtus eius natural' ege
bat pluri confortatiuo: propter plura bel/
la interiora ⁊ plures diſpoſitõnes ad mor
tem. ſed vno modo ⁊ alio ſi permiſſus fuiſ
ſet vti: fuiſſet a morte pſeruatus. ¶ Ad ra/ Ad 2
tiones magiſtri Petri de tharantaſio. Ad pe. dõ tha rantaſio
primã dicitur. ꝙ ſentẽtia dei obligabat ho
minẽ ad ſel' mori: ⁊ iõ etiã obligabat eum
ne comederet de ligno vite. vnde eiectus ẽ
vel emiſſus eſt de paradiſo vt operaret ter/
ram de qua ſumptus eſt. ⁊ de illa viueret qꝫ
eum a morte preſeruare non valeret. non
autẽ claudebat ſentẽtia dei omipotentiaꝫ
quin hominẽ poſſet ſemper cõſeruare: nec
mutauit naturaſ rerum quin ſi de ligno vi
te edere permiſſus fuiſſet ſemp vixiſſet: ni/ Ad 3
ſi deus naturalem vim eius ſuſpendiſſet.
¶ Ad tertiam. quicquid ſit de ancedẽte cõ
ſequẽtia nõ ẽ bona. quia illud lignum ha
bet illam vim ſuper homines: nõ ſuper be
ſtias. qd em̄ eſt homĩ cibꝫ: forte beſtijs eſt
venenum. et ecõtra. vt aranee ſunt cibus

aucularum: et venenū homini. Auctoritas psalmiste loquitur de statu hominis quantum ad animā principaliter: puta quod secutus est sensum transgrediendo mandatū et nō rōnem
Ad 4 rectam. ¶ Ad quartā: quod lignū vite non fecisset hoiem immortalē: sic quod nō potuisset mori. vt dictum est in precedenti parte articuli. sed mortalem existentē semper incolumē seruasset debitis horis successiue plies sumptum.
Corre. ¶ Ex conclusione hac correlarie sequitur: quod adhuc homo per virtutes mūdo cōcreatas possit pseruari vt semper viueret: et nunquam moreretur. patet per pclōnem. quia ita posset fieri per lignum vite.
Cōclo 2 ¶ Secunda pclusio sequitur. quod est possibilis aliquis locus super terram: vt paradisus in quo homo posset semper viuere. patet ex pclōne. prima. quia lignum vite hominē existentē in paradiso: adhuc pseruaret sicut tunc: vt in ea dedu
Cōclo, 3 ctum est. ¶ Tertia conclusio. nō videtur quod aliquis locus sit talis locus. patet. quia omnis alius locus est homini concessus et in nullo concessum est ei pperuari. ergo etc. psequentia nota est. et añcedens pro prima parte patet. quia propter peccatū nō est exclusus nisi de paradiso: totam terrā residuā dedit ante ei deus. et etiā post peccatū ei dimisit. Et pro secūda parte patet ex sentētia dñi prius allegata. quia statutū est hominibus semel mori.
Obiectio ¶ Dicitur de triuallis: quod historie tradant ibi hominē nō posse mori. Et ideo phus. ii. topicorum dicit nō sequi: bonum est interficere patrē in triuallis. ergo bonum est interficere patrē. Et respōdetur: quod ibi homines more rentur sed difficulter. debilitantur enim: et ergo vtique tandem sequeretur mors. sed quia ibi difficulter moriuntur: filij videntes suorum parentum miserias cōpatiendo ipsis in tantis angustijs et cruciatibus constitutis: vel eos interficiūt: vel ad aliam patriam ducunt: vbi nō est illa influentia: sic anime cum corpore conseruatiua. Et quicquid dico: nescio si sit verum super quo fundatur argumētum. Hoc de tertia parte: et ex cōsequēti de toto articulo.

Ad rationes principales.

Ad rationes principales ¶ Ad primā negetur maior. ad primam probatōem eius dicitur: quod nō omne quod sequitur principia intrinseca est simplr naturale. quamuis forte sit naturale materie. sed nō esset. i. cōueniens quod aliquid tale materia nunquam psequeretur. puta si semper maneret sub vna forma perseruatōem. nec hoc est ei ppr ie violentum quia nō minus naturaliter est materia sub vna forma quam sub alijs. quia cū forma nata est esse: et quo ad essentiā eius nō plus vnā appetit quam aliā. homi aūt vel cōposito corruptio inquantum huiusmōi nō est naturalis simpliciter: cū sit ptra naturalē inclinatōnem forme. Q. aūt. v. phisicorum in fine: dicunt corruptiōnes naturales: itelligitur quod sint minus violēte. sicut si moritur quis ex senio naturalius dicitur mori quam si gladio. ¶ Ad secūdam
Ad 2 probatōem maioris quod verū est quod appetitus desiderij materie est ad aliā formā. sed ille est cum pfusione et indeterminatōe. et quantum infinitas formas pōt recipere quas nunquam habebit. nec in hoc frustrati dicitur quia confusio appetitus satiatur per semper esse sub aliqua forma. et ita est si semper maneat cū ea quā habet. et ergo nō est eius appetitus frustra: sicut angelus in patria vel homo in via naturaliter in pfuso omnis scibilis appetit pgnitionē: sicut pfectōem sui intellectus. infinita tamē scibilia nunquam in particulari sciet: nec in hoc frustratur vel violentatur. quia sufficit bono pro scire visio beatifica. et viatori cognitio possibilis sibi pro via. ¶ Ad secū
Ad 2 dam principalem respōdetur. negando maiorem. quia compositū ex elementis contrarijs potuit et posset adhuc per esum ligni vite in perpetua sanitate cōseruari. Ad probatiōnē conceditur quod calidum agit in humidū et consumit: sed lignū vite sumptum eque
Ad 3 pure et sufficienter restituisset. ¶ Ad tertiā: conceditur maior. et negetur minor. et ad probationem dictū est quomō sub equinoctiali est paradisus terrestris in secūda cōclusione primi articuli quo ad secūdam parte eius et quomō ibi pōt esse temperies: in solutōe tertie dubitatōis mote pt secūdam conclusionē. ¶ Ad. 4. pceditur añs. et negetur pña. et
Ad 4 ad pbatōem pceditur quod vbicunque fuisset hō posit: calidū desiccasset humidū. sed quia per equale purū restitutū semper mansisset vita. ¶ Ad. 2. pbatione
Ad 2 pbatōem pceditur quod hō in padiso potuit debilitari: sic quod potuit idigere accipe cibum: sed nō a sanitate destitui. quia ibi pntia huius sufficientē et discretōem ad puenienda debilitatē. ¶ Ad
Ad 5 v. pceditur quod hoc erat per lignū vite. et negetur minor. ad pbatōem pceditur quod lignū vite. i. fructus eius comestū in naturam corporis fuisset pūsum et quod ipse fuisset corruptibile. et ex hoc sequitur quod fuit finite virtutis: et ob hoc etiam conceditur

ꝙ ſemel comeſtū non ſuffeciſſet ad ſemper
viuere:ſed ad longū: et poſt iterato come/
ſtum omnem priſtinam diſpoſitionē ad
mortem remouiſſet. ⁊ ſic hominem ſemꝑ i
Ad rati ſtabili ſanitate conſeruaſſet.¶ Ad ratio/
ones pꝰ nes poſt oppoſitum.prima eſt pro dictis
oppoſi. in ſecunda et tertia ꝯcluſionibꝫ ſecunde ꝑ
tis tertij articl'i.Ad aliā rōnem que videt
agere ꝯ ſcđꝫ correlariū ſecūde ꝯcl'onis prie
partis tertij articuli.vbi dictū ē ꝙ ſi ignis
applicatus fuiſſet Ade ꝓmo pareti:egiſſꝫ
in eum.Et ratio arguit ꝙ mors nō potuit
quicꝙ̄ ante peccatū:ideo reſpōdet ad eam
ꝙ ꝗ̄uis ex gratia hoc deus diſpoſuit vt nō
eſſet mors:niſi per pctm̄. vt dictū eſt in ter
tia ꝯcl'one illius partis articuli:⁊ in corre
lario vltimo eiuſdē part':tamē quo ad na
turā poſſibilis erat mors etiā ſi nūꝙ̄ adā
peccaſſet. Unde ſi corpus Ade fuiſſet dere
lictum extra paradiſum: vbi lignū vite at
tingere nō potuiſſet: etiā ſi nō peccaſſet:ta
mē mortuus fuiſſet.q2 mors debet nać a/
nimalis vel homīs: etiaꝫ ex ſuis naturali/
bus. Ueꝝ eſt ꝙ probabile eſt ꝙ ſine pecca/
to viuēs mortuus fuiſſet ſine dolore ſenſꝰ
ex extinctione humidi radical':ſicut ignis
in lampade.¶Ad impbatōem ꝙ mors ē
ad imp. pena:que n̄ potuit eſſe ante pctm̄. Reſpō
det ꝙ ꝓprie ſic mori nō fuiſſet pena:ſꝫ na
tura. Et eſt veꝝ ꝙ de facto fuit pena pecca
ti:eo ꝙ ꝓpter pctm̄ ablata ſunt ei gratuita
quibꝫ potuit nō mori.ſed potuit nō eē pe
na.vt ſi conditus homo ſue nature dimiſ
ſus extitiſſet ſine illis remedijs ⁊ ſine pctō
vixiſſet:ſine dubio ex ſenio defeciſſet. et ſic
mors ei nō fuiſſet pena.ſed debita ex natu
ra. Doc de q̄ſtiōe.

Redecimo

querit circa eaſdem diſtin
ctiones. Utrū pueri in ſta
tu innocētie geniti fuiſſent
tam in aīa ꝙ̄ in corꝑe a natiuitate perfe/
cti? Que queſtio vnū ſuppōit.ſ.ꝙ i ſta/
tu innocentie fuiſſet gn̄atio. Scđo querit
Utrū pueris mox genitis ineſſet tā aīe ꝙ̄
corꝑis ꝑfectio.¶Cōtra ſuppoſituꝫ arguit
ꝯ ſup. ſic. In ſtatu innocētie nō fuiſſet corruptio
arguit.1 ergo nec gn̄atio.ḡ pueri nō fuiſſent geniti
vltima ꝯſeq̄ntia nota eſt. ⁊ ꝓma pꝫ.q2 ge/
neratio ⁊ corruptio ſūt oppoſita. ⁊ tl'ia ha
bēt fieri circa idem. Itē tenet auctē phi pri
mo de celo ⁊ mūdo ꝑte q̄rta.an̄s pꝫ.quia
Adam in ſtatu illo vel etiā Eua non fuiſ
ſent mortui:imo erant vno mō imortales
vt dc̄m eſt in ꝓcedenti queſtiōe.¶ Confir Cōfi.
matur ſic.quia in paradiſo nō potuit eſſe
deciſio.ergo nec generatio pueroꝝ.ꝯſeq̄n/
tia nota eſt. ⁊ an̄cedens pꝫ.q2 ſeminis de
ciſio diſpoſuit ad corruptōem:que i eo ſta
tu eſſe nō potuit.¶Scđo ſic.quia vel fu/ argu.2
iſſet generatio:virginitate ſalua? Et h̄ nō
quia nō videt poſſibile ſine miraculo ꝙ vir/
go pariat ⁊ integra corꝑe ꝑſeueret. hoc eni
ſoli virgini Marie videt eſſe ꝓprium. Ul
viginitate amiſſa? ⁊ hoc nō.q2 ſtatus ide
centie nō debebat eſſe ante pctm̄:ſꝫ ꝑditio
tam nobilis rei.ſicut eſt virginitas per com/
paratōem ad eā videt eſſe ſtatus indecen
tie.¶Et ꝯfirmat.q2 ſine pctō nō debebat ꝑ Confi.
di aureola.ſed aureola debet virginibꝫ.ergo
⁊c.ergo nullo mō videt fuiſſe ibi facta. Et
hoc videt eſſe de mēte Damaſceni dicent
ꝙ ſine corꝑali cōmixtōne poſſet deus mul/
tiplicare genus humanū:ſi ſteriſſet in pa/
radiſo.ſed quia vidit peccaturos:ideo ma/
ſculū ⁊ feminā creauit eos. Idem dic Gre
gorius nicenus in libro quē fecit de homi/
ne.¶ Cōfirmat tertio auctē beati Auguſti Confi.
ni.xiiij.de ciuita.dei.ꝙ ſi nō peccaſſent:ſine
corruptōne integritatis infunderet mari/
tus in gremio vxoris.ergo videt voluiſſe
ꝙ nō fieret gn̄atio corruptōne virginitat'.
¶Tertio ꝓncipaliter.quia angeli non nu argu.3
bent nec nubent. Matthei.xxij.modo dic
Damaſcenus ꝙ homo fuit in paradiſo ſi
cut angelus quidā.ergo nullus fuiſſet ibi
genitus.¶Deinde arguit:ꝙ pueri fuiſſent ꝑ q̄ſtio
in corpore perfecti.ꝓmo quia ꝑfecti mente
naſcunt etiā ꝑfecti corpore.ſed ante pecca
tū omnes naſcerent perfecta mente.igitur.
patet maior per beatum Auguſtinū in li/
bro de baptiſmo paruuloꝝ dicentem:ꝙ in
firmitati mentis congruit hec infirmitas
corporis.minor patꝫ.quia omnis infirmi
tas mentis eſt ex peccato.vnde omnes fu
iſſent nati in iuſticia originali.⁊ ſic mente
perfecti.¶Secundo ſic. Si fuiſſent nati 2
paruuli et nō perfecti:non ſuffeciſſent ſibi
pro victu acquirendo.ergo potuiſſet fuiſ
ſe pena ante peccatum.ꝯſeq̄ns falſum. et
conſequētia tenet.quia famem patientes
et ſibi prouidere nō potentes penam ſen/
tiunt.¶Tertio ſic. Multa alia animalia 3
naſcuntur perfecta in corpore. ergo ma/

p̄ime homo ante pc̄m̄ qui nobiliſſimū eſt
animaliū. tenet ꝯſeq̄ntia. qꝛ nobiliori ani
mali ſecluſo peccato dn̄s debebat puī
dere de congruo: de pfectioribꝫ naturalibꝰ
et de modo eſſendi pfectiori. an̄cedens pa
arguit 4 tet de porcis: vitulis ⁊c. ¶Quarto. pueri fu
iſſent ſtatim nati in mētis afflictōne ꝺ ſua
impfectōne: ⁊ impotentia in mēbris. h̄ au
tem ante peccatū eſſe nō poterat. patꝫ ma
ior. quia naturalr̄ ſequit̄ dolor ex impoten
tia cōſequēndi deſideratū. modo pueri na
ti naturalē habebant inclinatōem ad mo
tum membroꝝ. ⁊ ḡ nō poſſe h̄ conſequi: fu
arguit. 1 iſſet doloroſum. ¶Tertio loco arguit̄: ꝙ fu
iſſent pfecti mente. primo ſic. qꝛ Adam in
illo ſtatu fuit pfectus mēte. ergo ⁊ filij eius
ꝯſeq̄ntia tenet. qꝛ qualis fuit p̄mꝰ homo:
tales filios generaſſet. an̄cedens pꝫ. qꝛ fu
it productus cum virtutibꝫ ⁊ ſciētijs om̄i
bus. vt videt̄: quia productus fuit in per
fectōne corpis. vt dicit btūs Auguſtinus
ſup Gen̄. ca. xix. xx. ⁊ xxj. libri ſexti. ⁊ mul
tomagis decuit vt cum pfectōne mentis
vnde videt̄ ꝙ pductus fuerit cū om̄i ſcien
arguit 2 tia ⁊ virtute. ¶Secundo ſic. fuit pductus
perfectus in ſcientia. ergo ꝯn̄a nota eſt. q̄a
ſcientia eſt pfectio mentis. vj. ethico. an̄s
probat̄. qꝛ ignorātia cauſata eſt ex pctō ex
quo quattuor nobis inflicta ſunt. ſcꝫ igrā
tia. infirmitas. malicia. ⁊ cōcupiſcētia. vt
dicit Beda. mō ante peccatum nō fuit pec
arguit 3 catum. ergo nec ignorātia. ¶Tertio. quia
paruuli fuiſſent pfecti in iuſticia. ergo i ſci
entia. ergo in tota anima. probat̄ conſeq̄n
tia. quia perfectio ſcientie pfeciſſet intelle
ctū ⁊ iuſticie affectū. ergo totā animā. ⁊ p̄
ma probat̄. quia ad pfectiōem iuſticie req̄
ritur perfectio ſcientie dirigētis illam. ⁊ an̄
cedens eſt venerabilis Anſelmi li. de con
ceptu virginali dicēns: ꝙ ſimul cum rōna
lem haberent animā: iuſti eſſent: quos ge
neraret homo ſi nō peccaret. ¶Sed p ſup
ſuppo. poſito ꝙ generaſſent. patꝫ. qꝛ dc̄m eſt eis.
creſcite ⁊ multiplicamini. Gen̄. p̄mo. qꝺ nō
poterat fieri niſi per actum gn̄atōis. Item
idem dicit btūs Auguſtinꝰ. xiiij. de ciuita
te dei ſic ingēns. Quiſquis dicit p̄mos pa
rentes nō fuiſſe coituros nec gn̄aturos: ni
ſi peccaſſent: quid aliud dicit: niſi ad mul
tiplicatōem ſanctoꝝ neceſſariū fuiſſe pec
ꝯ ſcd̄am p̄te q̄ſiti catū. hoc autem eſt abſurdū. igit̄. ¶Sꝫ ꝙ
nō fuiſſent in corpe perfecti. patꝫ: quo ad
magnitudinē. quia contra moduꝫ nature
eſſet ꝙ mater generaſſet ita magnū homi
nem in vtero ſicut quantitas corporis eiꝰ
Nec valeret ſi diceret̄ ꝙ nō erat pfectū in
quātitate extenſiua: ſed virtutis membro
rū. Contra. quia ſicut fuiſſet de formatio
ne fetus in vtero: ita et ex vtero. mō in vte
ro nō fuiſſet ſbito virtus in virtute plena
membroꝝ. ergo nec ex vtero ſbito i pleno
vſu erant membroꝝ. ¶Sed etiam in con ꝯ ſcd̄am
trariū tertij queſiti. ſcꝫ ꝙ nō fuiſſent perfe p̄te q̄ſiti.
cti mente. primo quo ad ſcientiā. qꝛ pleni
tudo ſcientie ponit intellectū formatū mē
tis cognitōnibꝫ. modo videt̄ ꝙ natura ho
minis ſit: ꝙ a p̄ncipio intellectus ſuus ſit
tanq̄ tabula raſa. Nec valeret ſi diceret̄ ꝙ
hoc contigit ex peccato. qꝛ etiam natura i
tellectus exiſtentis in corpore eſt intellige
re cum phantaſmatibꝫ: que ex debilitate
membrorū nō plus tunc q̄ꝫ nunc eſſe pote
rant pfecta in paruulis. ⁊ ergo tunc impo
tentes erāt in ſcientia: ſicut in phataſma
tibus. ¶Confirmat̄: quia humiditas cere Confir.
bri videtur impedire infantes a perfectio
ne phantaſmatū. ergo etiaꝫ a perfectōne
ſcientiaꝝ. ¶¶Quarto loco arguit̄. ꝙ nō fu arguit 4
iſſent perfecti in voluntate: auctoritate ve
nerabil' Hugonis de ſancto victore dicentis
ꝙ p̄mus homo an̄ pc̄m̄ gn̄aſſꝫ filios ſine
pctō: ſed nō paterne iuſticie heredes. ¶Et Confir. ꝑ
confirmat̄. quia iuſticia eſt per grām: ⁊ illa
nō infundit̄. ergo ⁊c. maior eſt apl̄i. iuſtifi
cati per grām ipius. minor patet. qꝛ ſi in
funderet̄: eſſet natural̄. qꝺ falſū eſt. quia vir
tus eſt theologica que a ſolo deo infundit̄
¶In hac queſtiōe q̄ magis eſt curioſa q̄ꝫ
fructuoſa: cum ille ſtatus nō fuerit obſer
uatus: nec ad plenū alicui niſi deo cogni
tus: erunt quattuor articuli. In p̄mo vide
bitur: an in ſtatu innocentie primi paren
tes ad generationē conueniſſent. In ſecū
do: an geniti ſtatim pfecti in corpe ab vte
ro proceſſiſſent. In tertio circa queſitum.
Utrum cum plena ſcientia nati fuiſſent.
Et quarto. vtꝝ in originali iuſticia mun
dū introiuiſſent.

Quantum ad pri Arti. 1
mū: p̄mo eſt notādū ꝙ in hoīe eſt aliquid
ſpūale ⁊ aliq̄d corpale. icorpale ei ē aīa. et
ex ꝯn̄ti ſpūale: p̄fti cū etiā ſit indiuiſibilis Notā. 2.
¶Scd̄o eſt notandū ꝙ natura p̄ncipalit̄
itēdit ſpūale ⁊ icorpale: qꝛ hoc ſemp ideꝫ
conſeruat. corporalia autem non videtur

intẽdere pncipaliter propter ſe: ſed ppter ſpẽm: alioqn deficiente corpali: deficeret et
Notã 3 fraudata eſſet intentio nature. ¶Tertio re memorandũ eſt q̄ hõ in ſtatu pcedẽte pec catũ: erat corruptibilis ſm ſuam naturã.
Notã 4 ¶Quarto eſt notandũ: q̄ q̄uis phs in lumine naturali ſolũ iſtũ finẽ ponat gñationis. ſ. ppetuitatem ſpẽi: tñ etiã eſt alius finis in ſpẽ humana. ſ. mltiplicatio ſanctoꝝ
Cõclõ 1 in eadẽ ſpẽ pro laude dĩ. ¶Illis pmiſſis eſt pma ↄcluſio. q̄ q̄uis in ſtatu innocẽtie ſeccluſo pctõ nõ fuiſſet neceſſaria gñatio pro cõſeruatõne ſpẽi: tñ fuiſſet gñatio pro mltiplicatõe indiuiduoꝝ ad laudẽ dei. prima ps ptz ex ſcda parte ſecũdi articuli pcedẽtis qſtionis. qꝛ homo ſine pctõ nunq̄ fuiſſet mortuus. ſcda pars ptz per btm Auguſtinũ in. xiiij. de ci. dei. qꝛ in illo ſtatu omnes q̄ finaliter erũt beati fuiſſent nati: et p viam gñatõnis. qꝛ ita mandatũ acceperũt Geñ. pmo. Itẽ ad hoc mẽbra gẽitalia acceperũt: que nõ fuerũt fruſtra. ¶Itẽ cũ corpus erat corruptibile: q̄tum erat de natura: ad hoc erat eius intẽtio. vt dcm̄ eſt i. iij et ſcdo notabilib9. Uñ btũs Aug. xiiij. de ciui. dei. ſi nõ fuiſſet ſine pctõ gñatio ſctõꝝ tunc valde neceſſariũ fuiſſet pctm̄: vt ſctorum milia occaſionalr ex eo mltiplicarent
pbat. 2 ¶Scdo pbatur ↄcluſio rõne. qꝛ q̄cqd perfectõnis eſt nature: in eo ſtatu extitiſſet. generatio prolẽ pfectõis nate. ḡ ꝛc. maior pꝫ quia pfectio nature nõ aduenit ex peccato. minor eſt phĩ. ij. de aĩa. vnũqđq3 viuẽtiũ tunc pfectũ eſt cũ põt facere alterũ tale quale eſt ipm. ꝛ qꝛ fere omnes doctores noſtri paucis dẽptis in hac ↄcluſione con
Corre. ueniũt: id de ea ceſſo. ¶Corelariũ. in ſtatu illo ſi non peccaſſent pmi parẽtes pueri fuiſſent nati. ſequit ex ſecũda pte ↄcluſio.
Cõclõ 2 ¶Secunda ↄcluſio. in eo ſtatu nunq̄ cõiunxiſſet ſe vir femine: niſi propter plẽ. pꝫ quia ↄcupiſcẽtia in eo nõ fuiſſet. ꝛ ḡ nuq̄ niſi ob bonum prolis hec ↄiunctio fuiſſet ↄña tenet. qꝛ aliter nõ cõtingit niſi ex cõcupiſcentia vel ppter prolem. ꝛ añs ptꝫ. qꝛ i eo ſtatu vires inferiores obediebant plene rõni. vt in queſtiõe pcedẽti dcm̄ eſt. cõcupiſcentia em̄ ſecuta eſt pctm̄: cuꝫ em̄ ſit pena: quia inclinat ad malũ iuſta diſpẽſatione dĩ nõ potuit eſſe: pctõ nõ pcedẽte. ¶ter
Cõclõ. 3 tia cõcluſio. nunq̄ in ↄiunctõe fuiſſent ple puati. ptꝫ. quia ſterilitas eſt pena peccati que nõ fuiſſet in eo ſtatu: ex eo q̄ peccatum nõ fuit. ſcdo quia a tali defectu pſeruabat lignũ vite. ¶Sed ſurgũt dubia. pmũ. vtrum fuiſſet ↄiunctio cũ deciſione ſe minis? Scdm. vtꝝ manſiſſet integritas virginitatis. Tertiũ. vtꝝ delectatio fuiſſet in actu ↄiunctõnis? Quartũ. vtrũ ſolum pducti fuiſſent maſculi? Et vidꝫ q̄ ſic. q̄a femina nõ videt eſſe ita pfecta ſicut vir. i illo aũt ſtatu nihil fuiſſet impfectuꝫ. ¶Ad pmũ dicit q̄ q̄dam antiquoꝝ doctorũ. vt Gregorius nazanſen9 ↄſiderãtes turpitudinẽ que eſt in cõmixtõne ſeminũ dixerũt q̄ in paradiſo nõ fuiſſet gñatio p cõmixtionẽ ſeminũ. ſcꝫ maris ꝛ femine. ſed aliter. ſ. modo mltiplicatõis angeloꝝ. Unđ dicũt q̄ deus produxit maſculũ ꝛ feminã: et preceptum dedit đ multiplicatõne. quia pſciuit eos peccaturos. ꝛ ido iſti ↄñter dicerẽt q̄ ſi ſtetiſſent nõ gñaſſent. cuius ↄriũ dcm̄ eſt in pma ↄclõne. Et ido doctores moderni cõmunit dicũt q̄ fuiſſet deciſio ſeminis ꝛ ↄiunctio maris ꝛ femine. ¶Et hec ẽ ↄcluſio q̄rta articuli: ꝛ ↄcluſio mſalis ad dubium. probat ſic. qꝛ q̄ndo aliq̄d per naturam põt ſaluari ↄgruent: ad hoc nõ debet queri miraculũ. ſed mltiplicatio ſanctoꝝ poſſal uari per naturã in illo ſtatu. ḡ ad hoc non debet queri miraculũ. ptꝫ maior. qꝛ nõ eſt dcm̄ eſſe miraculũ q đ natura ex ſe põt. et minor ptꝫ. quia nõ minus erat natura potens ante pctm̄ q̄ nunc. ḡ cum nũc poteſt in deciſione ſeminis actũ gñatõis per cõmixtionẽ ſine pctõ ꝛ noua prolem: etiam tũc potuit. ¶Ad motiuũ ↄriũ dicit q̄ nulla feditas fuiſſet tunc in illo actu nec verecundia. ſicut nec de nuditate verecũdabãtur. quia qđ natura indidit abſq3 pctõ: fedum eſſe n̄ potuit: ſꝫ bonũ. ¶Ad ſcdaꝫ dubitatõeꝫ. vtrũ hec generatio fieret i illo ſtatu ſine amiſſione virginitatis? ſũt diuerſi modi dicẽdi doctoꝝ noſtroꝝ quos recitabo: vt eligat quilibet modũ ſibi magis placentẽ. ¶Primus eſt ſancti Thome pma parte ſum. qſtio. 98. in ſolõne argumenti quarti ſiue vltimi artic: ſcdi. videlꝫ q̄ matres in ſtatu innocentie peperiſſent ꝛ concepiſſent ſine amiſſione ꝟginitatis. Motiuũ ſuum eſt. qꝛ virginitas ſiue ꝟginalis integritas erat de virginitate ↄditõnis humane. nec perdit ſine corruptõne: mõ ante pctm̄ nõ fuiſſet corruptio: nec aliq̄d perderet quod eſt dignitatis hũane. Unde dicit q̄ in eo ſtatu vir ſine corruptõne ſe iſu

[Right margin: Surgũt dubia 4 — Ad 1 — ↄclõ. 4. et ad pri mũ dubiũ — Solõ rõnis ↄriũ — Ad 2 — Opĩo 1.]

diſſet gremio mulieris: virginitate ſalua.
ſicut etiã ea ſalua maturitas partus mat/
na viſcera relaxaſſet ad partus emiſſionẽ:
ſine corruptione integritat carnis. Et ad
hoc adducit beatus Thomas auctorita/
tem beati Auguſtini.xiiij.de ciui.dei. dicẽ/
tis q ita potuit vtero ↄiugis ſalua ĩtegri/
tate feminei genitalis virile ſemen immit
ti: ſicut nunc põt: eadẽ integritate ſalua ex
vtero virginis fluxus cruoris menſtrui e/
mitti. Sicut em̃ ad pariendũ nõ doloris
gemitus: ſed maturitatis impulſus femi/
nea viſcera relaxaret: ſic ad cõcipiendum
Mod⁹ ſecund⁹. nõ libidinis appetitus: ſed voluntari⁹ vſ⁹
naturã vtrãq₃ coniungeret. ¶ Scd̃us mo
dus eſt eiuſdem in ſcḋtro diſtin.xx. ſecũdi
Dicit em̃ ibi: q ad pfectõez virginitatis
duo cõcurrunt. vicʒ integritas carnis ⁊ in
tegritas mẽtis. ⁊ q integritas mẽtis hono
rabili⁹ eſt: reliquũ eſt virginitati eſſentia/
1 lius. ¶ Iuxta hoc dicit pmo. q in omni cõ
cubitu ſoluit ṽginitas qʒtum ad integri/
tatem carnis: ⁊ ita fuiſſet etiã factũ in pri
2 mo ſtatu. ¶ Scd̃o dicit. q integritas men
tis quo ad habitum ſoluit per coitũ illici
3 tum. quia tollit habitũ caſtitat. ¶ Tertio
dicit q integritas mentis q̃ ad actuʒ poſt
peccatũ etiã ſoluit p cõmixtõem licitã. vt i
actu matrimoniali. eo q ppter vehemen/
tiã delectatõnis ratio in ipo actu abſorbet
Iuxta illud phi. vij. ethicoꝝ. In delecta/
4 tionib⁹ venereis nullus vnq₃ potuit ſape
re vel intelligere. ¶ Quarto dicit q in ſta/
tu innocẽtie ante pctm̃ integritas mentis
nõ fuiſſʒ ſoluta: nec q̃ ad habitũ. q₂ habi
tus caſtitatis mãſiſſet. nec quo ad actum.
quia ante pctm̃ nõ erat ↄcupiſcẽtia abſor
5 bens rõnem. ¶ Quinto dicit. q integritas
carnis fuiſſet ſoluta. q₂ plus valet prolis
Hanc ſecundã. fecunditas q̃ʒ carnis integritas. ¶ Contra
hanc opionem ſcd̃am inſtat Durãd⁹ diſ.
xx. ar. ij. ſatis ptinenter. q₂ dicit q integri/
tas mentis reqſita ad ṽginitatẽ eſt firmũ
propoſitũ abſtinẽdi a delectatõe que ẽ in
venereis. Et q hec ſe tenet ex pte ṽginita/
tis formalr: ⁊ q immunitas talis delectati
onis ⁊ inexpiencia tenet ſe ex parte virgi/
nitatis materialr. mõ in actu matrimonij
nec vna iſtaꝝ nec alia remãſit. vt notũ eſt
Opinio Durãdi. ¶ Et ergo dicit Durandus q in ſtatu pri/
mevo nõ mãſiſſet integritas mentis. Pri
mã opionem etiã improbat: dicẽs q non
poterat ſtare ṽginitas cũ expiẽtia delecta/

tionis actus ↄiugal. Et ideo Durãdus di
cit q ante pctm̃ gñatio filioꝝ fuiſſet cũ cor
ruptione ṽginitatis. pʒ ex dictis. Secũ/
do dicit q ante pctm̃ ſtatus ṽginitat nõ
fuiſſet laudabilior q̃ʒ ſtat⁹ ↄiugalis. patʒ
dicit ipe q₂ añ pctm̃ ſicut fuiſſet pctm̃ expe
ctare famem ppter pceptũ datuʒ de come
dendo. qd̓ poſt pctm̃ eſt bonũ ppter repſſi
onẽ carnis: ita etiã dicit ipſe fuiſſet tũc de
teſtabil' ṽginitas que impediuiſſet gñatio
nẽ ſanctoꝝ: ⁊ ad quã natura erat ordinata
Sed poſt pctm̃ ṽginitas eſt ↄiugio meli
or. q₂ ↄiugiũ impedit dei ↄtemplatõez. iux
ta illud apli. pme ad Corinth. vij. Muli
er innupta ⁊ virgo cogitat q̃ dñi ſũt: vt ſit
ſancta corpore ⁊ ſpiritu. que aũt eſt nupta
cogitat que ſũt mũdi: ⁊ quõ placeat viro.
et ex hoc patʒ ſolutio ad motiuũ bti Tho
me. ¶ Petrus de tharãtaſio dicit diſ. xx. ar Opinio pe. d̓ tha.
ticulo. iiij. q cũ virginitas ſit in carne cor/
ruptibili incorruptõnis meditatio perpe/
tua. vt dicit btũs Auguſtin⁹ in li. de nu/
ptijs. ⁊ cũ ſit duplex corruptio oppoſita ṽ
ginitati. Vna p diuiſionẽ proprie carnis.
Alia p cõmixtõem carnis aliene: que ma/
gis opponit incorruptõni virginitatis. q₂
cũ illa nullo modo ſtare põt: q q₂ hec ſcilʒ
ſeminũ cõmixtio fuiſſent in ſtatu innocen
tie: in eo fuiſſet amiſſio virginitatis. Ecce
opiones diuerſas: cũ ſecũda cõmuni⁹ con
cordant doctores. Forte dicet. quid mihi
videt? Rñdeo pbabilit: nihil aſſerendo p
ppõnes. ¶ Prima. etiã poſt lapſum virgo Cõcl'o i.
poteſt cõcipere clauſo corpore: q̃uis nõ pa
rere. Probat pmo auctoritate cõmẽtatoꝝ
credo q ſit. ij. celi: hoc dicẽtis. q q̃daʒ mu
lier cõcepit in balneo. Scd̃o pbatur expe
rientia. q₂ quã do virgines mature coniũ/
gunt ſenib⁹: viſum eſt q ad maturitateʒ p
tus puenerunt clauſo corpe. ſic q oportu/
it obſtetrices corpus aperire: p iuuamine
partus. prout ipe ab expertis medicis au/
diui. ¶ Modus eſt q matrix trahit natu
raliter ad ſe ſemen. ⁊ ideo quãdo viri impo Mod⁹.
tẽtes ſunt: añ apertionẽ corpis ſemẽ emit
tũt: et per vias occultas matrix ſemẽ ad ſe
trahit: et ſi e mulier concipit. Nec miretur
quiſpiã d̓ hoc: quia veſica nullũ foramen
habz: tamẽ per viam tranſſudationis tra/
hit ad ſe de renib⁹ ⁊ corpore vrinam. Iteʒ
corpore clauſo mulieres patiunt fluxuʒ ſu
um. vt dicit beat⁹ Auguſtin⁹ in auctorita
te ſupius allegata: et medici et naturales

2 ps ptz ſciunt ¶Scḋa pars ptz.quia neceſſaria ē
ſm curſum nature corpis apertio ⁊ integri
tatis amiſſio ſi poſt pcm̄ partus debeat
Corre.1. exire.¶Correlariū.nō erat mirū q̄ añ pec/
catū vir ſe mulieris vtero ſine corruptōne
corpis infunderet.pz per ɔclōnem.quia ħ
Corre. 2 poſt pcm̄ eſt poſſibile.¶Scḋm correlari/
um.ſi hoc ſit v̓ginitas.ſ.corpis integritas
cū mente caſta:potuit eſſe ɔceptus virgi/
Cōclo2. neus ante pcm̄.pz ex p̄cedēte¶Secūda
ɔcluſio.veriſimile ē q̄ q̄uiſ in ſtatu illo ex
maturitate partus dilataret ſe matris vi/
ſcera:tñ etiā poſt partū iterū redderet̄ clau
ſa.pz.quia videt̄ q̄ hec erat maior decen
tia.ſcz vt corpus poſt partū eſſet ſicut an/
te clauſum:q̄ȝ q̄ apertū:q̄ȝ clauſuȝ eſt a deo
productū:⁊ tunc erat p̄fectiſſimū. Nō au
tē erat rōnabile q̄ ſine pctō aliq̄d pfectio/
nis amitteret:⁊ ex ɔñti q̄uis laxatis viſce
ribꝰ pareret:tñ poſt ſic ante recluſis viſce/
Corre. ribꝰ clauſa remaneret.¶Correlariuȝ.ſi ad
virginitatē ſufficit corpis integritas:cum
mentis ordinatiſſima diſpoſitōe in prolē
caſte p̄ductā:p̄babile videt̄ q̄ matres poſt
partū mā̄ſiſſent virgines.pz ex ɔclōne.q̄a
Cōclo.3 poſt fuerūt recluſe ſicut ante.¶Tertia cō/
cluſio.q̄ ſi ad imaginatōem req̄rit̄ p̄poſitū
firmū abſtinēdi a delectatōe que ē i venere
is:⁊ in experientia illiꝰ delectatōis in ſtatu i
nocētie nec ɔcepiſſent v̓gines mēte nec cor
pore.pz q̄ nō mente.quia volūtarie p̄ bo/
no prolis ſe ſb̄miſerunt dlectatiōi que ē in
venereis.patȝ etiā q̄ nō corpe.q̄ȝ ad cōce/
ptum requirebatur ɔiunctio maris ⁊ femi
ne.⁊ ſeminis paterni ɔiūctio cū ſemīe ma/
terno.⁊ ergo ſic nec mente nec corpe virgi/
Cōclo4 nes remā̄ſerunt.¶Quarta ɔcluſio cū Du
rando.q̄ peccaſſent:ſi hāc v̓ginitatē obſer
uaſſent ptz.quia habebāt p̄ceptum de mł
tiplicatōe ⁊ p̄ſertim p̄ gn̄atione ſanctorū.
Item natura nō erat in malū:tñ appetitꝰ
2 naturalis tunc erat in prolē ſicut nūc.¶Ter
3 tio.quia mēbra ad hoc habebāt aptata p̄
deum:⁊ p̄ceptum de vſu.¶Quarto.quia p̄
4 illum actū nō impediebant̄ tunc a ſpecula
tione dei:eo q̄ ſine ɔcupiſcētia ⁊ labore fie/
bat:⁊ ſine dolore mater filios ſuos peperiſ/
ſet.¶Correlariū.virginitas fuiſſet tunc vi
Corre.1 cium et pcm̄.patȝ.q̄a fuiſſet impedimtū
maioris boni.¶Scḋȝ correlariū q̄ hm̄ōi
Corre.2 propoſitū firmū abſtinēdi a delectatōnibꝰ
venereis virtus eſt:vł habitus inclinans
ſic eſt originalit̓ ex pctō.q̄ȝ actus venereꝰ
poſt pcm̄ abſorbet vſum rōnis ⁊ impedit
cōtemplatōem. Verū eſt q̄ q̄daȝ reputāt
corpus maternū integrū clauſuȝ duabus
pelliculis qḋ ſi ita foret:oporteret fieri i emiſ
ſione fetus:diuiſionē illarū pellicularū ſe/
cluſo miraculo:fieret tamē hec ſine dolore
quia naturale eſt corpi mulieris in parien
do diſiungi. Aliȷ̄ dicūt.⁊ hoc magiſ credo
q̄ nō ſunt realeſ pellicule.ſed eſt naturalis
vnio laterū materni inteſtini in duobꝰ locꝭ
et ſic in partu matrꝭ ante pcm̄ nihil opor/
bat diuidi p̄ prolis egreſſu. Hoc de ſecun
do dubio.¶Quo ad tertiū. Vtruȝ in ſta/
tu nature ante culpam fuiſſet delectatio? Dubiū 3
Eſt aduertendū p̄mo: q̄ delectatio cauſat̄ arti.1
in nobis ex ɔuenientis cognitiōe ⁊ illius
adeptione.vnde ſpes futuri boni dlectabi
lis eſt:inq̄ntum ip̄m ſua ſpē in app̄hēſiua
p̄ns eſt.¶Secūdo ē no. q̄ hec delectatio ē Nota.2
duplex.ſcz intellectual̓ et ſenſualis. Dele/
ctatio intellectual̓ cauſat̄ ex p̄ſentia ⁊ ade/
ptione boni intellectus.vt v̓tutes ⁊ earuȝ
opatōnes. Vnḋ p̄mo ethicorū dicit̄. Vni 1
cuiq̄ȝ dlectabile eſt id ad qḋ dicit̄ amicus
vt equus amā̄ti equū.ſpectaculū amanti
ſpectaculū.⁊ ſm virtute opationes aman
ti virtutem. Senſualis ex cōueniētia ⁊ p̄/
ſentia p̄ſentis boni ſenſus adepti.vt fame
lico cibus.¶Tertio eſt notandū q̄ adhuc
in ſenſu tribꝰ modis delectamur. Vno mo Nota.3
do ex conformitate ad naturā inſtitutam
vt puer iam genitus delectat̄ in medio tē/
perate calido.triſtatur ſi ponatur i medio
aliter diſpoſito.¶Secundo modo ex con
formitate ad naturā deſtitutā.vt cibus fa 2
melico.⁊ emiſſio ſeminis vaſis ſemīalibꝰ
repletis ⁊ grauatis.vel vrine ea congrega
ta in vaſis ſuis.¶Tertio modo quia con
formitat̄ eſt ad id ad quod inclīat fomes 3
culpe.ſicut inclinato ad mulierē proximi
ſui ex fomite eā cū ſua ɔiungat̄ credens eā
eſſe illam delectat̄ ex cōformitate phanta
ſie:⁊ app̄henſiue app̄hendētis illā mulie
rem vt deſideratā ⁊ amatā inordinato a/
more fomitis culpe.¶Quarto eſt notan/
dum:q̄ ſemen ex quo generant̄ infantes: Nota.4
vel a quo ex parte patris eſt cōuenientiſſi
mū nature tactus.patȝ.q̄ȝ ſimillimū.eſt
ei materia iam in diſpoſitōne propinqua
vt ex ea vel ab ea fiat proles ſimilis ei a q̄
ſemen eſt deciſum.¶Quinto.q̄ ante cul/
pam primi parentes dn̄abant̄ mēbris ge Nota.5
nitalibꝰ.ſicut manui pedi vel aliȷ̄s mem/

bris. teſte beato Auguſtino. ix. ſup Gene.
ad lr̃am. ca. xiiij. Cur nō credamus pmos
homines ante peccatū gēitalibꝫ membꝛiſ
ad procreatōnem imperare potuiſſe: ſicut
⁊ ceteris in quolibet opere ſine voluptatis
pꝛuritu vtunt. Incredibile em̄ nō eſt deuz
talia feciſſe illa coꝛpoꝛa: vt ſi nō peccaſſet
illis membꝛis ſicut pedibꝫ imperarent: nec
cum ardoꝛe ſeminarēt: nec cū doloꝛe pare/
rent. Sed poſt pcm̄ motū illum merue/
runt: quē nuptie ordināt: continētia cohi
bet. Infirmitas em̄ prona in ruinā turpi/
clo. 1 tudinis: excipit honeſtate nuptiali. ¶ Ex
his videnī he ppōnes cōcedende. ¶ Pꝛia
In ſtatu nature integre ſi nō peccaſſent fu
iſſet delectatio intellectual' in actu nuptia
li de bono pſenti ⁊ de bono futuro. pma pꝫ
patꝫ. quia ꝯueniens iudicaſſet diuinum
adimplere mandatū eis datū. Creſcite ⁊
multiplicamini. ⁊c. ⁊ hoc sciuiſſent illo a/
ctu pficere. ergo de hoc in itellectu fuiſſent
2 delectati. ¶ Secūdo etiā. qꝛ vt dc̄m eſt in
tertia ꝯcl'one huius articuli: nunq̄ꝫ fuiſſet
prole puati. ⁊ qꝛ de hoc ex cōnata eis ſapiē
tia certi fuiſſent. ⁊ de bono pꝛolis future de
clo. 2 lectati fuiſſent. ¶ Secūda ppoſitio. in eo/
dem ſtatu in eodeꝫ actu fuiſſent delectati
ſꝫ ſenſum ex ꝯformitate ſenſibilis ad na/
turā inſtitutā. pꝫ per quartū notabile. q̄a
illud ſemen fuiſſet cōuenientiſſimū natu
re tactus. ⁊ ergo ſicut viſus in cōformi ſibi
coloꝛe pulchꝛo: guſtus in ſapoꝛe bono: ta
ctus in calido tempato: ita etiā tactus fu/
clo 3 iſſet delectatus de pńſētia illius materie ſe
minal' ſibi maxime pporcionate. ¶ Tertia
ppoſitio eſt hec. Delectatio vt ſic i illo ſta
tu fuiſſet maioꝛ q̄ꝫ eſt in pſenti. patꝫ. qꝛ oꝛ/
gana fuiſſent puriora ⁊ nō infecta ſic nūc:
clo 4 et ergo conuenientiā ſenſibilis magis per
cepiſſent. ¶ Quarta eſt hec. ꝙ hec delecta/
tio in eis nō ďoꝛdinaſſet intellectū nec im
pediuiſſet ab opibꝫ cōtemplatōnis. pꝫ. qꝛ
nō fuiſſet ex pꝛuritu inoꝛdinato: ſicut mo/
do: ſed recte fuiſſet delectationi mētis ſboꝛ
dinata ⁊ ꝯformis. Unde ſic moderate co
medens nō fuiſſet impedit⁹ vel deoꝛdina/
tus. ita nec tactu hui⁹ operis ſe exercens.
clo 5 ¶ Quinta ꝯcluſio. Pꝛimi parētes an̄ cul/
pam nō fuiſſet delectati ex cōformitate na
ture deſtitute. pꝫ. qꝛ nec fomes nec deſtitu
tio in eis habuiſſet locū an̄ pcm̄: eo ꝙ oīa
hec peccati ſequele ſunt in penā. vnde nū/
q̄ famem ſitim inoꝛdinatū caloꝛē vel ſup

fluum frigus fuiſſent paſſi. nec inoꝛdiatū
huius opis actum: cum nō potuit eſſe in/
oꝛdinatio ſine peccato. ¶ Cōtra dicet. dc̄m obiectio
eſt in ꝯcluſione quadā ꝙ nō fuiſſent ꝯiun
cti niſi pp̄ter prolez: ⁊ nūq̄d poterit mulie
re iam impgnata vir habere vaſa ſemie ple
na: ⁊ ſic deſiderare euacuatiōem: quā tunc
habere nō poterat: eo ꝙ mulier iam pgnās
erat. ¶ Rn̄det ꝙ hec oīa oꝛdinatiſſima fu Solō
iſſent: ⁊ ꝙ nō fuiſſet in viro deciſum ſemen
niſi tempoꝛe debito copule. inoꝛdinatio ei
et hec inoꝛdinata deciſio ⁊ deſideriū tal' ac/
tus omnia ſunt pene culpe: nō em̄ condi/
derat deus penā āte culpā. ¶ Sexta ppo Cōclō 6
ſitio. nec in coitu illius ſtat⁹ fuiſſet ardoꝛ
libidīs vel delectatio ſequens aliquē pꝛuri
tum ſenſus tactus. pꝫ. qꝛ hmōi ſecuta ſūt
culpā. in illo ſtatu nō fuiſſent: qm̄ nō fuit
adhuc aliqua culpa. ¶ Dicetur. hō in eo obiectio
ſtatu erat anialis: vt notū eſt. et dic mgr̄ i
lr̃a diſtin. xix. modo nos videmus in ani
malibꝫ ardoꝛē libidinis. vt in brutis: quā
uis nō peccauerūt. quare ergo nō ſic in ho
minibꝫ. ¶ Reſpōdet ꝙ nō acceperūt bruta Solō
iuſticiā oꝛiginalē regulantē ſuā vitā: nc ta
lem dei cuſtodiā ⁊ imoꝛtalitatē qualē ho
mo. ⁊ ergo homo ab omnibꝫ talibꝫ ardoꝛi
bus fuiſſet pſeruat⁹ per grām debiti et bo/
ni regiminis in obediētia creatoꝛis: nō aūt
eſt ſic in brutis: ſed ablata iuſticia per ino/
bedientiā ſtatuti ſenſit homo dictoꝛū mē/
bꝛoꝛūꝫ inſolentiam. Hoc de tertio dubio.
¶ Pꝛo quarto dubio eſt notandū: ꝙ i ſta/
tu innocētie pfectiōis erat generare: ⁊ ex h̄ P 4. du/bio ē no.
omnes genuiſſent vſq̄ꝫ ad cōſumnationē
electoꝝ. tum quia mandatū de hoc accepe
rūt: tum etiā quia oēs geniti fuiſſet ſan/
cti. ⁊ de hoc dictū eſt i ſecūdo dubio. ¶ Se
cundo eſt notandū ꝙ nō fuiſſet in illo ſta/ Notā. 2
tu vna mulier pluriū viroꝛum: nec vn⁹ vir
plurium mulierū. quia natura hoc dictat
vt ſit vna vnius. Item ita inſtituti ſunt
maſculi ⁊ femina per deuz. Gen̄. pmo. Itē
hoc ſeruat vnionē mentiū inter coniuges
Iteꝫ in hoc figura coꝛreſpōdebit figurato:
quia ſicut eſt vna mulier vnius viri: ita ē
vna eccleſia vnius ſpōſi dn̄i Ieſu chꝛiſti
Iuxta illud Canticoꝝ. vj. Una eſt colum
ba mea. perfecta mea. ¶ Ex his ſequit con
cluſio reſpōſalis. ꝙ in pꝛimo ſtatu tot fuiſ/ Cōclō re/ſpōſalis.
ſent nate mulieres: quot viri. pꝛobat ſic. qꝛ
ſi non: tunc nō oēs dediſſent operā gnā
tōni: contra pꝛimū notabile. ⁊ conſeq̄ntia

probatur ex ſecundo notabili.q2 ſi plures
fuiſſent viri cum nō eſſet niſi vna vni⁹:ali
quis nō haberet mulierem.Eodez modo
ſi fuiſſent plures fęminę.Secundo ꝓbaſ
ſic.quia ſicut natura optime fuit īſtituta:
ita optime ꝓceſſiſſet.ſed inſtituta fuit per
Corre. deum in vtroqꝫ ſexu ⁊ ęquali.igiſ.¶Corre/
lariū.videſ ꝙ finaliter in ciuitate cęleſti e/
runt beati homines ī vtroqꝫ ſexu pares.ſcꝫ
tot viri quot mulieres.⁊ ecōtrario.pꝫ.q2
pręciſe illi ſaluabūſ qui nati fuiſſent ſi A/
dam ſtetiſſet.nullus em̄ damnandoꝝ na
tus fuiſſet.vt dic̄ beatus Auguſti.in de ci
uita.dei.modo ꝑ cōcluſionē ſi ſtetiſſent pa
res fuiſſent nati ⁊ ſaluandi.ergo ⁊ nūc cū
ĳdem qui tūc fuiſſent nati ⁊ ſaluati:etiaꝫ
nunc naſcunſ.⁊ per chriſtū ex gratia ſalua
bunſ.Secludo tamē in correlario chriſtū
qui (vt beatus Auguſtinus in glo.ſup.q̄
ca.ꝓmę ad Ti.videſ velle) nō fuiſſet na/
tus:ſi pctm̄ nō fuiſſet.de quo magis in ter
Oppōit tio libro.¶Sed forte diceſ.ꝙ natura ī ſta
tu nihil feciſſet monſtroſuꝫ nec occaſiona
tum:cum tale nō intendat.modo phs di
cit.xvj.de aīalibꝫ.ꝙ mulier eſt vir occaſio/
2 natus.igiſ¶Secūdo.q2 natura nō inten
dit fęminā:⁊ nō fuiſſet impedita ante pec
catū.ergo.maior pꝫ.quia intēdit quod
eſt melius.melior aūt eſt vir q̄ꝫ fęmia.mi/
nor patet.quia impedimenta et defectus
3 ſunt pęnę peccati. ¶Tertio.quia vir in
tendit ſibi ſimile.⁊ nō fuiſſet in eo ſtatu i/
4 peditus.ergo ſolū generaſſet viros¶Et q̄r
to.videſ ꝙ ꝓceſſus fundeſ in falſo funda/
mēto.q2 ſufficienter fuiſſent homies mul/
tiplicati ꝑ ꝓmos parētes.ergo nō oportu/
it alios gignere:cuius cōtrariū fuit ſuperi
us ſuppoſitū.patet añcedens.quia nō fu
iſſent mortui:⁊ ideo ſemꝑ viuendo ſufficiē
tes poterant gñare.¶Pro ſolōne horū eſt
Notā.1 notandū.ꝙ quāuis natura viri ⁊ ꝑticula/
ris intendat virū:tamē natura vniuerſal'
nō ſolum virū:ſed etiā mulierē.pꝫ.quia
alias deficeret in neceſſarĳs:cū mulier ne/
ceſſaria ſit ad gñatōem.vnde data eſt vi/
ro in adiutoriū generatiōis.¶Correlariū.
Corre. Licet mulier producaſ pręter intentōꝫ na
turę particularis ſeminis:tñ nō ſine inten
tione naturę ꝓncipalis:ſequiſ ex notabili
¶Secundo eſt notandum.ꝙ ſemē parti/
Notā.2 culare deficit a formatiōe viri ꝓpter impo
tentiā vltimatę digeſtionis ſeminis men/
ſtrui.patet.quia calor ſeminis viri ſufficē
ret:ſi vltimate poſſet extendere ⁊ purifica
re ſemen matris.ſic em̄ extenderet et ꝓdu
ceret corpus virile.¶Tertio eſt notandū. Notā 3
ꝙ videſ ꝓbabile ꝙ in ſtatu ante pctm̄ fue/
rat in poteſtate parentū generare maſcu/
lum vel fęminā:ſola imaginatōne ⁊ volū
tate.pꝫ.quia corpus oīmode videſ fuiſ
ſe ſbiectum animę.⁊ erant in natura per/
fecta.⁊ ergo imaginando ⁊ volendo deter/
minabant vl' determinaſſent materiaꝫ ad
ſexum quē voluiſſent.Iteꝫ imaginatio na
turaliter imꝓmit figuraꝫ fętui.ergo h̄ ma/
gis poterat in ſtatu originali.añcedēs pa
tet Gen̄.xxx.vbi ad varias virgas tempo
re conceptus ouium ſecutę ſunt oues va/
rię.Item recitat Hieronymus ſe legiſſe in
libris Hypocratis:ꝙ quędam mulier fu/
iſſet inſpecta de adulſio:eo ꝙ filiū pulcher/
rimū peperat vtrīqꝫ parentum diſſimilem:
et propter hoc punienda:niſi Hypocras
mouiſſet queſtioneꝫ:ne forte talis imago
eſſet in cubili eorum depicta:qua inuenta
mulier eſt a ſuſpitione liberata.quod non
fuiſſet niſi cogitatio de pulchritudie ima/
ginis formam puero imꝓſſiſſet.Itē refert
Hieronymus in libro de hebraicis quęſti/
onibꝫ:ꝙ hoc modo Quintilianus libera/
uit mulierē quę peperat ęthiopem.quia tē
pore conceptus ęthiopis habuit imagia
tionē:hęc ergo videtur facere ꝙ cogitatio
matris ſiue parentū imꝓmit figurā colo/
rem ⁊ hmōi fętui:⁊ hoc potiſſimū in ſtatu
integro vbi corpus obediens fuerat volū/
tati.¶Correlariū.Veriſimiliter Eua ī ſta
tu integro ſemper genuiſſet geminos ma/ Correl.
ſculum ⁊ fęminā.pꝫ.quia hoc erat imi/
tari perfectōem ꝓmę productiōis:quā me
rito voluit imitari.Iteꝫ ſic quilibet habu
it ſuam.ſcilꝫ frater ſororem ſuam.Iteꝫ di
citur genuiſſe poſt peccatū geminos.ſ.cū
Cain ſuam ſororem:vt tradunt expoſito/
res ſuper Gene.quāto magis in natura i/
tegra.¶His pręmiſſis reſpōdetur ad mo Ad 1
tiua.¶Ad primū ꝙ licet mulier poſſit di/
ci vir occaſionatus.i.pręter intentiōeꝫ na
turę particularis productus:tamen natu
ra vniuerſalis intendit mulierem propter
neceſſitatem ſpeciei.Item in illo ſtatu eti
am intentōne animali ⁊ imaginatōne in/
tendebat maſculum ⁊ mulierē:vel intēdiſ
ſet deum in generatiōe imitando qui ma
ſculum ⁊ fęminam creauit eos:nō autem
debet dici monſtroſum quod natura vni/

Ad 2 uerſalis in bonum ſpeciei diſpoſuit. ¶ Ad ſcd̄m dicit̄ per idem. ꝙ licet natura viri inq̄ntum ꝑticulariter agens et nō cognoſcēs intendat virū. quia ꝑfectioꝛ eſt. tamē directa ab agentibꝫ vniuerſalibꝫ ſepe ducit̄ ad fetum femineū. q2 natura vniuerſalis vt dc̄m eſt: intendit vtrūq;. Itē in illo ſtatu appetitus ſequēs rōnem rectā ⁊ phantaſticus appetitus ꝯformis illi ſemꝑ i generatiōe vtrimq; intendiſſꝫ. vt eſſet ſingulo viro ſecū ꝓducta ſocia pro gn̄ando. qa ſic ſe magis ꝯformaſſent ꝑmeue di inſtitutiōi q̄ produxit vtrūq;. ¶ Ad tertiū. ꝙ lꝫ vir appetitu naturali intendat ſuū ſimile: ⁊ hꝯ ꝑmo de ſe: tamē etiā ſecūdario intendit feminā inq̄ntū ꝑfectōem viri: nō pōt attingere. Et quādo dicit̄ ꝙ in eo ſtatu nō fuiſſet dicit̄ ꝙ verū eſt in his que voluiſſet appetitu rationali: ſed bene impediebatur a perfectione ſex⁹ quē intendebat appetitu naturali ꝑmario: eo ꝙ appetitū illū regit deus ⁊ nō ſemꝑ in bonū ſexus ꝑncipalioꝛis: ſed etiā ſepe in ſecūdario voluntatiuꝫ ꝓ ſalute ſpeciei. ¶ Ad quartam. neget̄ ꝙ ſufficienter eſſent homines mltiplicati ꝑ ꝑmos parētes infra illud temp⁹ in quo deus i eterna ſua ſapientia diſpoſuit cōplere numerū electorū curſu ſcꝫ nature cōſueto. Et cū dicit̄ ꝙ fuiſſent ꝑpetui. verū eſt: ſꝫ regularit̄ in decem mēſibꝫ nō habuiſſent niſi gemellos duos: ⁊ eſt fere annus. pone igit̄ ꝙ numerus electorū: vt dicūt doctores. ſcꝫ Gregorius ⁊ alij: debeat eſſe iuxta numerū angelorū qui ſteterūt qn̄ eſſent ꝓducti ex ill' duobus. milia miliū ⁊ decies milies centena milia. Itē nō cōgruebat eos ſemꝑ ſtare in illo ſtatu: ſed ad paradiſum aſſumi. Itē mandatū de multiplicatōe ligabat eorū filios ſicut ipſos. Itē decuit vt filij eaſdē operationes facerent ad dei laudē: quas parētes ne viderent̄ imꝑfecti. nō gn̄antes ſic illi. quod poſſet redundare quodāmō in improperiū conditoris. poſſet em̄ credi ꝙ nō ſuffeciſſet virtutē generatiuā tranſfundendam in filios ꝑmis hominibꝫ conceſſiſſe. Hoc de quarto dubio ⁊ de toto ꝑmo articulo.

Ad 1 ar. ii. **Quantū ad ſecū**dum articulū videndum eſt. Utrū geniti ſtatim perfecti i corꝑe ab vtero proceſſiſſent? ¶ Ubi eſt ſciendum ꝑmo ꝙ hec perfectio poteſt intelligi dupliciter. Uno mō q̄ ad perfectōnem extenſionis debite indiuiduo in etate perfecta. Secundo vtrū ſub parua quātitate proceſſiſſent cum ꝑfecto tamē vſu membrorū. Item ſecundo: ſi cū pleno vſu membrorū: vtrū tam quo ad actus debitos ſpeciei: vel ſolum quo ad actus debitos indiuiduo pro ipſius in ſe ſalute ¶ Quibus p̄miſſis ſit ꝑma concluſio Cōclō 1.
hec: que eſt magiſtri diſtinc. xx. cap quīto ꝙ filij fuiſſent nati paruuli. patet. quia nō eſt conueniēs nature vt mater produxiſſꝫ filios in perfecta quantitate: cum hoc receptioni ſui vteri repugnaret. ¶ Secūda cō Cōclō 2.
cluſio. ꝙ in exitu ab vtero nō habuiſſent vſum membrorū perfectū reſpectu operū debitorū indiuiduo pro ſalute ſpēi. ptꝫ. qa hmōi opera requirūt d̄bitā magnitudinē et ex ꝯſeq̄nti temp⁹ determinatū per naturam: quo hec magnitudo fuiſſet. In ꝑuulis autē natis ab vt'o hec magnitudo n̄ extitiſſet. ergo nec vſum membrorū ad hmōi opera in exitu habuiſſēt. ¶ Tertia conclu Cōclō 3.
ſio. ꝙ veriſimile ē ꝙ nec vſum mēbrorū habuiſſent ſtatim nati quo ad opera debita indiuiduo. ſcꝫ ꝙ ſtatim poſſent ire: diſtincte mouere mēbra ⁊ ad oppoſitos ſit⁹. probatur ſic. quia ſicut eſt proceſſus in vtero reſpectu paruuli: ita videtur eſſe eius proceſſus ex vtero. modo nō videt̄ dubiū q̄n in vtero habuiſſent ſucceſſiua incrementa et vires membrorū. ita igitur genit⁹ ab vtero proceſſiſſet de imꝑfecto ad perfectum. maior nota eſt. quia ita immunis erat mater ⁊ etiāꝫ paruul⁹ a peccato in vtero ſicut ex vtero. minor manifeſta eſt. q2 al's perfectum vſum membrorū habuiſſent in inſtāti infuſionis anime. qd̄ nō videt̄ bene probabile. quia tunc in hmōi vſu in vtero poſtea nō ꝓfeciſſent. quia ſtatim a ꝑncipio ꝑfectum vſum horū membrorū habuiſſent
¶ Cōfirmat̄ ſic. quia vbi auctoritas diui Cōfir
na nō determinat: ſequi debemus naturā rerum. modo auctoritas diuina nunq̄ꝫ determinat paruulos habuiſſe perfectū vſuꝫ membrorū. igit̄. ⁊c̄. patet maioꝛ. q2 dicere contra vſum nature. niſi auctoritate h' dicente eſt voluntariū. minoꝛ patꝫ. q2 nuſq̄ꝫ legitur hoc in ſacro canone Et vltra. ſequi debemus naturas rerū: ⁊ ille ſunt: vt ab imperfecto procedatur ad ꝑfectuꝫ. ergo dicere debemus ꝙ ſucceſſiue attingebāt vſuꝫ membrorū. Hec concluſio eſt ſancti Tho

meꝑ pma parte ſum.queſ.c.articlo pzio. hec
etiam eſt mens Durādi ſcdo libro diſ.xx.
queſ.iiij.ꝛ laudat eam Petrus de tharan
obiectio taſia libro.ij.diſ.xx.queſ.ij.arti.ij. ¶ Sed
fortaſſis dicet.ꝙ ſuccus ligni vite impreſ/
ſus ori paruuli ſtatim deduxiſſet eum ad
pfectum vſum membroꝝ:immo ad debi/
tam quantitatē.ergo poterāt ſtati poſt na
tiuitatē eſſe perfecti in quātitate corporꝫ et
vſu membroꝝ.ꝯña tenet.qꝛ h̄ ſtati potuit
fieri:immo mater vt videtur ad hoc tene/
batur ex dilectione pueri ꝛ proximi.ꝛ añ/
cedens patꝫ:quia lignum vite potuit a ſe
nio ꝛ diminutōe p̄ſeruare.ḡ multo fortiꝰ
Solo ſbiectuꝫ aptū ad hoc ſbito deducere.¶ Re
ſpōdetur pmo:ꝙ ſi ꝯſequens eſſet verū nō
eſſet ꝯtra dicta.quia ꝯcluſiones nō dicūt
niſi de exeuntibꝫ ab vtero.q̄d autē poſtea
potuiſſet fuiſſe factū:ꝯclōnes non negāt.
¶ Secundo dicit.ꝙ añcedens forraſſe nō
2 eſt verum:vel ſaltem nō eſt exp̄ſſuꝫ ab au
ctoritate ſacre ſcripture:nec aliquid dictū
illius ſequēs.quāuis em̄ poterat p̄ſeruare
perfectū:nō oportuit ꝙ poſſꝫ mutare in a/
ſcendendo ad pfectiorem nature moduꝫ.
nō em̄ oportet ꝙ ſi eque purū humiduꝫ re
ſpectu abciſi potuit miniſtrare ꝛ etiā pfectā
tribuere ſanitatē:ſolide permanenteꝫ.ꝙ ex
hoc ſbito potuit inducere nature debitam
quantitatē.quia ſine ſpēali cocurſu dei op/
tuit naturā ab impfecto ad perfectū aſcen
dere.¶ Quarta cōcluſio.ꝙ tamen hi par/
Cōclō 4 uuli in illo ſtatu fuiſſent ſm tempus perfe
cti:ꝛ omis doloris ꝛ pene expertes. Prima
pars patet.qꝛ in eis nō debuit eſſe defectꝰ:
vel impfectio reſpectu eius qđ cōgruebat
ſtati ſine peccato. Secūda pars patet ex
eodem.qꝛ pena nō debuit p̄cedere peccatū
¶ Dicetur forte.quomō eſſet poſſibile ꝙ eſ
Oppōſt ſent ſine pena:qui nutrimēto egebant.ꝛ il
1 lud per ſe conſequi nō poterāt.¶ Item qui
2 debilibꝫ membris cōditi ſunt:ꝛ mollia re/
cliatoria ſuſtentatiua ſui nō habēt.¶ Ter
3 tio.quia vtiqꝫ capaces erāt doloris et pe/
ne ex quo paruuli ꝛ debiles.ponat in eē.ſe
4 quitur ꝙ paſſi fuerunt dolorem.¶ Item q̄/
modo mater ſciret:vel quecunqꝫ alia pſo/
na indigentiam pueri in emittēdis ſuper
fluis:quoꝝ emiſſio ſb ſe fuiſſet puero dolo
Ad 1 roſa:niſi ſtatim fuiſſet ab eis liberatꝰ¶ Re
ſpōdet ad pmā:ꝙ in illo ſtatu matres ha/
buiſſent naturalē inſtinctum quo cogno/
uiſſent indigentiā pueri:quo ad nutrimē/
tum:ꝛ ſic ipm a famis inedia p̄ſeruaſſent
nō em̄ p̄ceſſiſſet fames peccatum.¶ Ad ſe/ Ad 2
cundā.ꝙ in medio tpatiſſimo eſt paradi/
ſus.ꝛ ergo frigus paſſi nō fuiſſent. De du
ricie dicit ꝙ matres hoc poterāt puidere:
mollibꝫ locis vel lectulis vel receptaculis
pueros reponēdo:ꝛ puidiſſent vel peccaſ/
ſent. Unde ante pctm̄ nihil defuiſſet pru/
dentie matris in cuſtodiēdis pueris.dñs Notā
em̄ qui prouidit parentibꝫ de omibꝫ cōue/
nientibꝫ:ꝛ ab omibꝫ doloroſis p̄ſeruauit:
etiā per parētes a penoſis omibꝫ pueros p̄
ſeruaſſet:alioq̄n nō ſolū pueri:ſed ꝛ mr̄es
doluiſſent ante pctm̄.cuꝫ naturale ſit ma/
tri compati infanti vteri ſui.¶ Ad tertiaꝫ Ad 3 Solo
ꝙ illa de ineſſe.pueri dolent.ſicut ꝛ iſta.pa
rentes dolent:fuit tunc poſſibilis:ſed nun
q̄ꝫ verificata fuiſſet:niſi per pctm̄.noluit ei
beneficus ille iudex (qui ſicut omibꝫ dedit
ſi ratio malicie vel bonitatis ſit incluſa. q̄
nō apparet:⁊ manifeſtū eſt ꝙ in q̄modoli
bet faciat iſtoꝝ trium ſemꝑ habet actū ad
Cōfir minus deliberatōis.¶Confirmat̃.q2 nō vi
det̃ in ptāte voluntatis obiecto ſufficiēter
p̄ſentato ſe reſpectu eiuſdē ꝑuare omni a
ctu.igit̃ ꝯcluſio falſa.ꝯña nota.ꝓbat̃ añs
per experientiā.quia q̄nto plus ad h̄ conat̃:
tāto plus circa obiectū agit. licet nō acce
ptādo:tñ eligēdo ſe ab ip̄o remoueri. mo/
do hoc eſt actū hr̃e circa ip̄m.¶Scd̄o ſic.
2 q̄libet obiectū ſic acceptū neceſſitat volū
tatē.ḡ ꝯcluſio falſa.ꝯña nota eſt.⁊ añs p3
q2 neceſſariū eſt volūtatē ip̄m acceptare vl̄
nō acceptare.ḡ ad hanc neceſſitatē induc̃
ip̄am obiectū.¶Tertio.q2 rep̄ſentatio ꝑfe
3 cta eſt q̄ñ maioꝛ ⁊ minoꝛ ſyllogiſmi practi/
ci ſunt in actuali cognitōe rōnis. ſed tunc
volūtas nō pōt ñ velle.ḡ ꝯcluſio falſa. cō
ſeq̄ntia nota eſt.⁊ maioꝛ ſupponit̃. ⁊ mioꝛ
declarat̃ ꝑ ph̄m.vij.ethicoꝝ:dicētē.ꝙ q̄ñ
maioꝛ dicit oē dulce:guſtare opꝫ.⁊ mi
noꝛ hoc ſc3 vinū eſt dulce:ſimul op̄at̃ ⁊ bi
bit.Item videt̃ velle.iij.de anīa.dicens.ſi
oē tale eſt faciendū.⁊ hoc ſit tale.ḡ talis
ſimul mouet̃ ⁊ agit.¶Quarto .q2 obiectū
4 beatificū clare viſum neceſſitaret volunta
tē.ergo reſpectu eius nō poſſit nō velle.ergo
⁊c.tenet ꝯña.⁊ p3 añtecedens.q2 tale btīfi/
caret.modo nullꝰ poſſet p̄ſentatā btītudi
nē nō velle.¶Hec nō vident̃ mihi conclu
dere.vñ ad p̄mā rōnem q̄dam dicūt ꝙ an
cedens eſt veꝝ:⁊ tñ voluntas eſt libera.q2
nō neceſſitat̃ ad acceptandū nec neceſſita
tur ad refutandū.ſ3 deliberare pt̄ q̄d ſi po/
neret̃ nō eſſet ꝯtra ꝯdōem.S3 ego nō cre
do illā opionem eſſe veram.imo eſtimo ꝙ
clare ⁊ ſufficiēter obiecto p̄ſentato volūtas
pōt nullū actum in ſe foꝛmare:ſed pure ſu
ſpēſiue ſe habere reſpectu eiꝰ.⁊ hoc videtur
mihi:q̄d experioꝛ in me ip̄o.ſc3 ꝙ p̄ſenta
to obiecto ſepius ad aliud me diuerto. vl̄
actum p̄oꝛem ꝯtinuo:nihil i volūtate foꝛ
mādo reſpectu obiecti p̄ſētati. ſ3 pure me
habeo negatiue reſpectu illiꝰ.¶Ad rōnē Ad 1
igit̃ in foꝛma dico ꝙ loq̄ndo de actibꝫ ſecū
dis:añs nō eſt verū.Ad ꝓbatōem eiꝰ ne/
getur diuiſio.quia ſtat ꝙ nec vno nec alio
illoꝝ triū faciat.puta ſi nullū actum reſpe
ctu ip̄ius in ſe foꝛmat.hoc videt̃ velle arti
culus pariſieñ.p̄us allegatꝰ dicēs:ꝙ dice/
re ꝙ appetitꝰ ceſſantibꝫ impedimētis neceſ/
ſario mouet̃ ab appetibili:erroꝛ eſt de itel
lectiuo.⁊ hoc pōt.q2 nō foꝛmabit actū ni
ſi libere.¶Ad ꝯfirmatōem d2:ꝙ licet non ad ꝯfir.
poſſit eſſe ſine actu p̄mo obiecto ſic p̄ſenta
to:que eſt inclinatio:pt̄ tñ eſſe ſine actu ſe
cundo circa ip̄m.puta ad alteꝝ ſe diuertē
do:vel actū aliū cōtinuādo:nec acceptan
do nec refutādo:nec deliberatōem reſpectu
eius in ſe foꝛmādo.¶Ad ſcd̄am neget̃ añ Ad 2
cedens.⁊ ad ꝓbatōem eiꝰ dicat̃.ꝙ licet ne/
ceſſariū ſit volūtati obiectū acceptare vel
nō acceptare.q2 ꝯ̄dictoꝛia ſunt.tñ ad hāc
neceſſitatē nō inducit obiectū:ſed ſequit̃
naturā entiū qua inter ꝯ̄dictoꝛia nō ē me
diū ⁊ ad h̄ nō acceptare nihil facit obiēm
ſed potiꝰ inclinat ad ſe ſi rep̄ntat̃ vt bonū
ſ3 eſt ex libertate volūtatis.¶Ad tertiā. ꝙ Ad 3
ph̄us vult ꝙ ſepe ita fiat:ꝙ q̄ñ ſyllogiſmꝰ
practicus eſt ꝑfectꝰ ſimul ſequit̃ actus.nō
tñ vl̄r ꝙ neceſſario ſequat̃: imo practico ſyl
logiſmo ꝑfecto adhuc p̄t volūtas delibera
re.Et experimur in nobis ꝙ dictāte rōne: ꝙ
oīs talis habet nūc ſurgere de lecto:⁊ ego
ſum tal̄:nō ſemꝑ ſurgimꝰ.Et de h̄ magꝭ di
cet̃ poſt in alio articulo.ꝙ volūtas quādo
ꝗ agit ꝯ̄ tale dictamē.¶Ad q̄rtam mul/ Ad 4
ti mōi dicēdi ſunt:mihi aūt videt̃ ꝙ obie/
ctū btīficum clare viſum eſſe neq̄t:niſi deo
lumē glorie infundēte vel ei ꝓpoꝛcionabi/
le.⁊ ſi hoc infundit credit̃ ꝙ nō poſſit non
velle de lege oꝛdinata.Hoc aūt lumen nō
habet̃ pro ſtatu vie in puris viatoꝛibꝫ. et
ſic nō eſt ꝯ̄ dicta.¶Si dicat̃ ponat̃ ꝙ deus Dubiū
claram viſionē ſui infundat:⁊ nō poſt mira
culoſe agat. vtꝝ voluntas poſſit nō vel
le.¶Credo ꝙ nō:⁊ nō eſt ꝯtra dicta. q2 li/ Solo
bertas volūtatis nō eſt reſpectu finis opti
mi:reſpectu ſue bonitatis ꝑfecte viſi:ſ3 re/

Concluſio. 5 ſpectu ordinatoꝝ in talem finē. ¶ Quinta ꝯcluſio. Nō oportet om̄es actus volūtatis fieri ex deliberatōe. hec pꝫ de opatōibꝫ quas facit pfectus artifex ſm artem. Nā ille volitiōes interiores quibꝫ ſic vult agere vt ars exigit: ſūt actus volūtatis: notū eſt. ⁊ nō fiūt ex deliberatōe. igiť. maior ē nō et minor ptꝫ per illud phi. ij. phiſicoꝝ. perfecta ars nō deliberat. ¶. Sc̄d̄o patꝫ de actibꝫ p̄mis volūtatis. ſcꝫ de inclinatōnibꝫ que ſequunť repſentatiōem cōuenientꝭ vł diſcōuenientis. quas impoſſibile eſt p̄cedere deliberatōem. nā ſepe dc̄m eſt. non eſt in ptāte noſtra quibꝫ viſis tāgamur. ¶ tercio ptꝫ rōne. quia in fatuis ⁊ dementibus volūtas pōt moueri ⁊ actus ſuos formare ſine deliberatōe: vt notū eſt. Et nō pōt hoc minus in his qui nō ſunt tales. qꝛ habitꝰ boni vel etiā mali acq̀ſiti p modū nature inclināt: a quibus poſſunt ſine p̄uia deliberatōe elici actus. Item ex fortitudine paſſionis: vt incōtinentes p̄uolātes. de quibꝰ in. vij. ethicoꝝ dicit: nō deliberāt. ¶ Itē q̄rto. Si quis vult ſtudere vel ſpeculari bn̄: puerile eſſet dicere ꝙ omnē ꝓpōnem quaꝫ format: formaret p p̄mā deliberationē: vel etiā omne p̄dicatū qđ p̄dicat. ¶ Correlarium. Stat mltos actus volūtatis p̄ncipari ad modū nature. ptꝫ. qꝛ que ſine deliberatiōe fiūt: ad modū nature fiūt: que non dliberat. mō per p̄cedentē ꝯclōnē: multi ſūt ſine deliberatōe p̄uia. igiť ⁊c̄. ¶ Sꝫ ꝯtra dicetur. que fiūt p modū nature nō videtur eſſe meritoria vel demeritoria: ſꝫ voluntatis actus fiūt p modū nature ſaltē aliq̄ vt dictū eſt in correlario. ergo aliq̄ ſūt qui nͨ ſunt meritorij nec demeritorij. ¶ Rn̄deť. ꝙ quicq̄d ſit de ꝯclōne: qꝛ vt dc̄m eſt in precedenti articlo: nō eſt multū mirandū ꝙ aliqui actus volūtatis ſpēaliter p̄mi: ſic inclinatio ad fugā triſtis: nō eſſent demeritorij tn̄ hec ꝯn̄a nō valꝫ. volūtas facit hoc ad modū nature. ḡ nō demereť. qꝛ licꝫ ad modum nature faciat: tn̄ poſſet agere aliť. ⁊ ſi hoc negligat: imputať ei. vt ſi q̇s ex habitu malo ſtatim mulierē pulchrā viſam cōcupiſcat: iputať ei. qꝛ potuit a p̄ncipio nō acquirere hūc habitū. Itē poſſet ſe tenere contra euꝫ. Et id̄o ratio nō concludit. vnde maior eius vniūſaliter intellecta eſt neganda. mlta em̄ ad modū nature fieri poſſunt: ⁊ tamē eſſe meritoria vel demeritoria vt dictum eſt. Hoc de. ij. artic.

Quantū ad tertium articulum videndū eſt. Utrū volūtas ſit actiua ſuoꝝ actuū? ¶ De quo dimiſſis opīonibꝫ doctoꝝ ꝯrijs p̄mo ſuppono ꝙ cū duplices ſint actus volūtatis. ſ. immanentes: de quibꝫ dictū eſt in p̄mo articu. ⁊ vocanť eliciti: ſaltē ſecundi. Alij ſunt impati. ſcꝫ quos facit voluntas in mēbris. De im̄patis nō eſt queſtio quin volūtas faciat eos. qꝛ dn̄atur corpori p̄ncipatu diſpotico. ſicut dn̄s ſeruo. vt habeť p̄mo politic. id̄o mouet corpus put vult: ſic ꝙ corpus nō egrū vel al̕s impeditū paret impio voluntatis. Sed de immanētibꝫ reſpectu q̄rum voluntas ſe habet paſſiue: itelligo articulū. ¶ Quibꝫ p̄miſſis eſt p̄ma ꝯclō hec quāuis volūtas nō ſit totale pducēs ſue volitionis vel nolitōnis. eſt tn̄ poſt deum p̄ncipale pducens illius p̄ma ps pꝫ per ſecundā partē p̄me ꝯclōnis articlī p̄cedētis qꝛ neceſſe eſt cōcurrere in om̄i opatōne voluntatis cauſam p̄mā. eo ꝙ cauſa ſecūda in nihil poteſt pductiue: niſi p̄ncipaliꝰ cōproducente cauſa p̄ma. vt dic p̄ma ꝓpoſitio auctoris de cauſis. ⁊ habetur a pho. xij meth. ⁊ p̄mo de celo. auctoritates fuerunt ſepe allegate. ⁊ aplus ad Phil. ij. dic. Deus opať in nob velle ⁊ pficere. Itē etiā iuxta legē cōem oportet inſtrumētaliter ꝯcurrere cognitiōꝫ itellectiuā repſentantē obiectū p modū boni vel mali: ex eo ꝙ nō ferť ī incognitū vt volūtas eſt. vn̄. iij. de aīa. appetibile mouet. ⁊ ppter hoc intelligentia mouet. ¶ Sc̄d̄a pars probať ſic. p̄mo ꝙ volūtas hmōi actus faciat. qꝛ ſi eos nō faceret: nō eſſet libera reſpectu eoꝝ: nec dn̄a reſpectu eoꝝ. falſitas ptꝫ. iij. ethicoꝝ. Et ſi nō libera eſſet vel dn̄a actus: nec ad meritū nec ad ſuppliciū deberet ſibi imputari. pbať tn̄ ꝯn̄a. qꝛ nō videť ꝙ paſſiuū natum aliquam formā in ſe recipe poſſit reſpectu eius eſſe liberū ⁊ hr̄e dn̄ium in ſua poteſtate nō recipiēdi illā formā. qꝛ agētis eſt determinare paſſum. nec eſt in ptāte: vt vidꝫ patiētꝭ naturali agēte pn̄te nō pati. ¶ Qđ confirmať. quia ſi paſſiuū agente preſente poſſit nō pati: vel hoc eſſet: quia reſiſtere poſſet ſic ꝙ agens nō poſſit formā introducere impeditū per reſiſtentiā. ⁊ ſi ſic tunc voluntas nō poterit recipere volitionē ab agente: niſi libere amoueret reſiſtentiā impedientē eius generatōem: ⁊ cum h̄ ſit age

Concluſio. 1 (margin, beside "ticulū. ¶ Quibꝫ p̄miſſis eſt p̄ma ꝯclō hec")

arguit. (margin, beside "ſit actiua ſuoꝝ actuū")

2 (margin, beside "lūtas hmōi actus faciat")

Confir. (margin, beside "confirmať")

re: habet ꝓpoſitum.ſcʒ ꝙ amouēdo impe
dimentuʒ ⁊ reſiſtentiā agit ad volitionis
gn̄atōem. Ul' hoc eſſet:qꝛ ad hoc ꝙ agēs
formā induceret:aliq̄ diſpoſitio requirere
tur ex pte voluntatis.quā nō poſſet agēs
producere:⁊ ideo volitōem nō poſſit virtu
te ſua inferre.⁊ ſi ſic:tūc illam diſpoſitōeʒ
requiſitā opteret ꝓducere ipammet in ſe/
ipa voluntatē.⁊ ſic adhuc agere ad gn̄ati
onem volitōis:gn̄ando diſpoſitiōem ne/
ceſſariā pro ipiꝰ introductōe.⁊ ſic nullo mo
do ſtabit voluntatē eſſe dn̄aʒ actus:⁊ nō
lanis. R coagere ad actus gn̄atōem.¶ Hic q̇dā m̄
dent.ꝙ libertas volūtatis nō ↄſiſtit in a/
gendo volitōem.qꝛ nō agit eam:nec in re
cipiēdo eam ab obiecto.qꝛ neceſſario pa/
tit̄ ab eo:ſed in mouēdo potētias alias.ſ. i
tellectum ⁊ rōnem ac ſenſum ad p̄ſentan/
dum vel ſbtrahendū hoc obiectū:ex cuiꝰ
ſbtractōne ſequit̄ defectus actus volendi
Elidit. 1 vel nolēdi.¶ Sed hec m̄ſio nō valet. q̇a
actus volendi ꝓhibet̄:cū dꝛ Exo.2. Non
ↄcupiſces:nō aūt ꝓhiberet̄ ſi nō eſſet i po/
teſtate homis eū vitare.qꝛ nihil magꝭ ab
ſurdum eſt (vt dicit Hieronymꝰ) q̄ȝ deum
2 aliqđ impoſſibile p̄cepiſſe.¶ Scđo.quia
actus qui ſunt ꝓncipalius meritoꝝ vl' de
meritoꝝ:debēt magis eſſe in poteſtate vo
luntatis.ſed volitio ⁊ nolitio ſūt magꝭ me
ritoꝝ vel demeritoꝝ q̄ȝ actꝰ impati. ḡ ſūt
magis in ptāte voluntatis. ptʒ maioꝛ.qꝛ
demeritū ꝓncipaliter eſt a volūte:⁊ ideo a/
ctus quo ꝓncipalius demeret̄ eſt ꝓncipali
us a volūtate.ptʒ minoꝛ.qꝛ ꝓncipalr̄ dici
tur quis bonus:qꝛ vult bene ⁊ eligit bona.
nō qꝛ ad extra facit bona:imo ad extra de
genere poſſunt eſſe bona:ſʒ qꝛ aliquoꝝ ho
minū eſt diſtorta:nō merent̄:ſed demeren
tur:De quibꝰ Mat.vj.dꝛ.ꝙ orātes vt vi
deant̄ ab hominibꝰ:vel ieiunātes receperūt
mercedē ſuā.Et.v.ethicoꝝ dꝛ.ꝙ q̇ iniuſti/
ficat ex ignorātia.vel paſſiōe iniuſtificati
onē facit:nō tn̄ eſt iniuſtus.ſʒ qui ex electi
one:ille eſt iniuſtus ⁊ malus.Et Sen̄.in
ep̄la ad Syrenū dicit.Om̄ia ſcelera:eti/
am ante effectū opis q̄tuʒ culpe ſatis eſt
ꝑfecta ſūt.¶ Tertio.qꝛ ſm̄ hanc rn̄ſioneʒ:
3 om̄es noſtre opatiōes eſſent neceſſarie:ſic
ꝙ nō poſſemus in alicuius opis oppoſitū
falſitas patet per dicta in p̄cedēti articulo
et ↄn̄a tenet.quia volitio ⁊ nolitio eſſēt ne
ceſſaria.quia nō in poteſtate noſtra.ḡ eti/
am actus ſequētes.qꝛ poſito velle: pōitur

actus impatus:nō exiſtēte impedimento.
Sed dicet̄ iuxta rn̄ſionē:ꝙ i poteſtate vo/
luntatis eſt cohibere ne pntet̄ cōtra.nō pt̄
cohibere niſi velit ⁊ velle nō eſt in ſua ptā/
te.¶ Scđo ꝓbat̄ ↄclōnis ſcđa ps:niſi vo/ ꝓbat
lūtas ageret ſuas electōnes:mala actio vl'
electio nō deberet ſibi ꝓncipalr̄ iputari. fal
ſitas ptʒ.qꝛ nō imputat̄ obiecto: ſʒ volun
tati.⁊ ptʒ ↄn̄a.qꝛ magis iputat̄ agenti q̄ȝ
patienti:cū agēs ꝓncipalius ſe habeat ad
ipm.¶ Tertia rō.qꝛ itellectio ⁊ volitio di/ 3
cunt̄ actiōes imanētes.vl' ḡ qꝛ manent in
ſuo paſſo.⁊ ſic etiā oēs actōnes naturales
eſſent imanētes.qꝛ manēt in paſſo.vl' quia
manēt i agēte:⁊ ex ↄn̄ti cū maneant in in/
tellectu et volūtate:ſequit̄.ꝙ itellectꝰ agit
ſuā intellectōem:⁊ volūtas ſuā volitōem 4
¶ Et q̄rto.cū volūtas ſit potētia liba:ē ea
dē oppoſitoꝝ.ix.meth.⁊ h̄ nō eſſet:niſi a/
geret ſuā volitōem.igit̄.ꝓbat̄ minoꝛ.quia
nunq̄ȝ obiectū eſt ꝓductm̄ oppoſitoꝝ:cuȝ
moueat vt agens naturale.⁊ ḡ optʒ ꝙ poſ
ſe ad oppoſita teneat ſe ex pte volūtatꝭ:n̄
obiecti.¶ Quinto.itellectꝰ eſt cā ꝓductia 5
ſue itellectōis.ḡ volūtas ſue volitōis.con
ſeq̄ntia tenet.qꝛ videt̄ eſſe ſilis rō.qꝛ ſic ab
intellectōne dꝛ itellectꝰ:ita a volitōe dicit̄
voluntas.an̄s appet.qꝛ quō phantaſma
extenſum ageret itellectōem inextēſam.⁊ i
intellectū extenſum:niſi adiutorio ipius i
tellectus ꝓncipalr̄ agētis.¶ Sexto.qꝛ qui 6
libet expit̄ in ſe.ꝙ format in ſe libere:electi/
onē amare medicine recipiēde.ſpe ſanitatꝭ
vel aliq̄d ꝓporcionabile.vt ſpe ſcie electio
nē laboris.¶ Septimo eſt hec ↄclō beati 7
Aug.xij.de ci.dei c.xxvj.vbi vult.ꝙ duobꝰ
equalit̄ diſpoſitis ⁊ aīa ⁊ corpe:vnꝰ pōt ca
dere ⁊ aliꝰ ſtare:circa idē obiectū.cuiꝰ cām
dic̄ eſſe libertatē.ſi ḡ oīa ipellētia ſūt paria
q̄ eſt cā caſus vniꝰ:ſi nō agat volūtas ele
ctōem q̄ cadit:qꝛ ſi obiectū eā faceret:eq̄/
liter caderet vterq̄ȝ.cū diſpoſitōes actiue
⁊ paſſiue ↄſil'es ſint.¶ Correlariū.idē agit Corre
in ſeipum.pʒ de volūtate ꝓducēdi in ſe a/
ctū volendi:p ↄclōnis ſcđaȝ partē.¶ Sʒ
in ↄtrium iſtius illi qui ſunt de alia opione In ↄtriū
multas addunt rōnes ⁊ auctes.¶ Prima 1
auctoritas phi.vij.phiſicoꝝ.om̄e qđ mo/
uet̄:mouet̄ ab aliq̄.igit̄ ab alio.¶ Scđa e/ 2
iuſdē.8.phiſicoꝝ.om̄e qđ mouet̄ eſt diui
ſibile in partem p ſe mouentem. et in par
tem per ſe motam. non eſt autem diuiſi/
bilis voluntas diuiſibilis in ptem.¶ Et 3

tertia eiuſdē ꝑmo de gn̄atōe.c.de actōne.ꝓ
incōuenienti reputat ꝙ idē poſſet mouere
4 ſeipm.¶ Quarta eiuſdem.v.⁊.ix.metha/
phi.potētia actiua eſt ꝑncipiū trāſmutan
di alterū inqȝtum alterū.ğ non idē moue
Rōpria bit ſeipm.¶ Rōnibꝫ arguūt ſic. quia ſeque
ret ꝙ idem reſpectu eiuſdē eſſet in actu ⁊ in
potentia. falſitas ꝯn̄tis pꝫ.quia oppoſi/
ta ſunt actus ⁊ potētia: vt dicit ꝯmenta/
tor in ꝓlogo de aīa.⁊ pꝫ ꝯn̄a.qꝛ actus a
git ſm qd̄ in actu eſt illo quo agit ⁊ patiēs
patit ſm qd̄ eſt in potentia ad ſimilem a/
ctum.ſi ergo idē eſt agens ⁊ patiēs: inquā
tum eſt agens: eſt in actu illo quo agit: in
qȝtum eſt patiens: videt eſſe in potentia
2 ad eundē.⁊ hoc erat ꝓbandū.¶ Secun/
do.qꝛ idem eſſet ꝑſtantiꝰ ſeipo.qꝛ agēs eſt
3 ꝑſtantius paſſo.¶ Tertio.qꝛ voluntas ſp
eſſet in actu. falſitas patꝫ.ꝯſeq̄ntia ꝓbat.
agente ſufficiēt approximato paſſo ſemꝑ
eſt actus.mō ſi volūtas ſue volitōnis ē cā
agens: quā etiā in ſe recipit ſemꝑ erit actu
volēs.qꝛ ſemꝑ ipē agens maxime ꝑſens ē
4 ſibi patienti.¶ Quarto.qꝛ cauſa efficiens
et materia nō coincidūt.mō ſi volūtas eſt
agens volitōem quā recipit: tūc cauſa effi
ciens ⁊ materia ſuſcipiēs coincidūt.igr.pꝫ
maior.ij.phiſicoꝝ.minor patꝫ per adūſa/
riū.quia volūtas eſſet agens ⁊ patiēs.hu
iuſmōi rōnes poſſunt multiplicari. q̄ his
tā.1 ſolutꝭ facile pn̄t ſolui.¶ Pro ſolōe igit ha
tum eſt ſciendū ꝑmo.ꝙ tm̄ volūt auctori/
tates.⁊ tm̄ etiā concludūt rōnes. ꝙ nihil
mouet a ſeipo ꝑ ſe ⁊ ꝑmo.ſic ſcꝫ ꝙ nihil cō
currit ad mouēdū q̄n ipm ꝯcurrat ad pa/
tiendū.⁊ ecōtra: etiā ſecluſo deo omipotē/
ti.Immo ſemꝑ aliq̄ eſt diſtinctio inter to/
tale agens: vocando totale agēs oīa ꝑter
deum: que cōcurrūt ad agere: ⁊ totale pa/
tiens vocādo illud oīa illa que illā actio
tā.2 nē in ſe recipiūt.¶ Scd̄o ꝙ catholicꝰ non
debet habere ꝓ mirabili: ſi idem moueat ſe
ipm: aliquo cōcurrente ad mouere qd̄ nō
cōcurrit ad recipe.qꝛ dc̄m eſt in.vij.queſti
one huiꝰ ſecūdi artic.iij.ꝙ angelꝰ in natu/
ra ꝓpria pōt mouere ipm ſucceſſiue. Itez
tā.3 ꝙ etiā pōt mutare ſe ſbito: ⁊ nō ne ibi ē idē
agens ⁊ patiens. ¶ Tertio eſt notandum
ꝙ etiā phus ⁊ cōmentator in multis locis
ꝯcedūt ꝙ idē moueat ſeipꝫ.¶ Vn̄.viij.ph
1 anial mouet a ſeipo.¶ Et cōmentator cō/
2 mento.xxviij.viij.dicit ꝙ anial mouetur
ab aīa: ⁊ ꝙ aīa ē mouēs: ⁊ corpus motuꝫ

nō aūt eſt dubitādū q̄n mouēdo corpꝰ ip
ſa etiā moueat.⁊ a q̄ niſi a ſe.¶ Et cōmen/ 3
to.iij.dicit.aīa q̄ eſt motor in anīalibꝫ di/
ſtinguit a corpe qd̄ eſt motū: ſm definitio/
nē.i.ſm eſſentiā.ſꝫ nō per eſſe.id eſt ꝑ ſe eſ/
ſe extra corpus: vel ꝙ corpus poſſit moue
ri ſine aīa.¶ Itē quarto phiſi.cōmentator 4
ꝙ motu grauis vel leuis materia eſt mota
⁊ forma motor.¶ Itē.iij.celi dic. ꝙ forma 5
grauis mouet ipm ſm qd̄ eſt forma.⁊ mo
uet ſm qd̄ eſt in materia.¶ Itē ꝙ graue mo 6
uet ſeipum ſm qd̄ eſt actu graue. ⁊ mouet
ſm qd̄ eſt in potētia deorſum.¶ Itē ſi nul 7
la eſſet auctas: q̇d vellemꝰ dicere: mouere
aīam canis moti: niſi ipam ſeipam.qꝛ mo
uendo corpus: ꝑ modū ſeq̄le mouet ſe.q̄a
eſt in corpore.¶ Et ergo ꝑ hec facile ad rō Ad au
nes.¶ Primo ad auctoritates. ꝙ phs nō ctorita.
plus vult in.vij.⁊.viij.phiſicoꝝ niſi ꝙ ni
hil mouet a ſeipo ꝑ ſe ⁊ ꝑmo. Et ꝙ in omi
motu totale mouēs diſtiguit a totali mo
to. Et ita eſt in motu angeli.qꝛ ipē ſua co/
gnitōe ⁊ ſua intētione finis mouet.recipit
aūt motum in ſe ipē ſolus: nō cognitio.cū
accidens nō habeat recipe. Ita etiā volū/
tas cū cognitōne gn̄at in ſe volitiōem vel
nolitōem quā ipa ſola recipit. Et ſic vult:
ꝙ mouēs diſtinguit a moto.qꝛ totale agēt
a totali recipiēte ⁊ ꝙ per ſe motū eſt diuiſi
bile: nō ſm realē diuiſionē: ſꝫ intellectua/
lē diſtinctōem ⁊ partē.i.potentiā ꝑ ſe mo/
uentē.ſcꝫ totale mouēs: ⁊ in parte ꝑ ſe mo
tam.ſ.in totale recipiēs. Phus in ꝑmo de
gn̄atione loquit de actione corruptiua. et
ſm illā idem nō mouet ſeipm de ꝑ ſe: ſꝫ ta/
mē actione ꝑfectiua bene. vt aqua calida
remota a calefaciēte ꝓducit cū influentijs
cōſeruatiuis eius in ſeipa frigiditatem. vt
docet experientia.¶ Ad ꝑmā rationū. ꝙ licꝫ Ad 1
in actione vniuoca: ſicut cū caliditas ge/
nerat caliditatē: agens habeat eū actū cu
ius ſimilē ꝓducit: tamē in actōne equiuo/
ca ſufficit ꝙ agens ſit in actu ſupiori. Lux
em̄ lumen ꝓducit ⁊ lux nō eſt lumen. Sic
in ꝓpoſito volūtas agit ſm qd̄ eſt in actu
ſupiori.ſcꝫ formali quo libere eſt ꝓductiua
volitōnis: ⁊ patit ſm qd̄ eſt in potētia ad
volitōem recipiendā. Unde ad formā ne
get prima ꝯn̄a.ad ꝓbatōem: ꝙ nō oportꝫ
ꝙ agens in generatōe equiuoca ſit in actu
eo quem producit: ſed ꝙ ſit in actu ſuperi/
ori.¶ Ad ſcd̄am dicit ꝙ illa noſtri phi au/ Ad 2
ctoritas.iij.de aīa.agens eſt ꝑſtātiꝰ paſ/

ſo.intelligitur ꝙ eidez rei maior nobilitas
aſcribitur inq̄ʒtū eſt agens q̄ʒ inq̄ʒtum eſt
Ad 3 patiens.ꝛ ita eſt etiā de volūtate.¶Ad.3.
negeť ꝯñā.qꝛ volūtas ſe ſola non pōt in ſe
formare actū volēdi.ſed requirit repreſen/
tatio intellectus per modū boni.hanc aūt
nō habet voluntas ſemp.Scđo etiā ꝙ in
agentibꝫ liberis nō optʒ ꝙ ſemꝑ cū agens
eſt coniunctū paſſo:fiat actio.ſed in natu
ralibꝫ bñ.volūtas aūt ē agēs liberū volitōis
Ad 4. ¶Ad quartā.ꝙ phus loquit in gñatōe re
rum naturaliū:nō in gñationibꝫ pfectio/
nū quibꝫ aliq̄d pficit ſeipm.Etiā pōt dici
ſi auctem volumꝰ extēdere ad omne effici
Corre.1. ens:ꝙ vult illud qđ dcm̄ eſt:ꝙ nō eſt idez
totale agēs ꝛ totale patiēs.¶Correlariuʒ.
Corre. 2 Nō eſt incōueniēs ꝙ idē eiuſdē actiōis ſit
agēs ꝛ patiens.ptʒ ꝑ cōclōnem.¶Scđm
volūtas eſt cā efficiēs ſuę delectatiōis ꝛ tri
ſticię annexaꝝ actibꝫ volēdi ꝛ nolēdi.ptʒ.
qꝛ exq̄ eſt cā volitōis vel nolitōis:etiā eſt
cauſa cauſati cōſeq̄ntis.Hęc aūt nō intē/
do extēdere ad volitōem btificā:vtꝝ illiꝰ
volūtas in pria ſit actiua vel ſolū paſſiua
Cōclo.2 forte poſtea erit ſermo.¶Scđa ꝯclo eſt.ꝙ
res q̄ eſt volūtas ē cā efficiēs ſui pmi actꝰ.
ſcʒ cōplacētię ꝛ diſplicētię.vł q̄liter eū pla
cuerit noiare.¶Pro cuiꝰ declaratōne ſup/
ſuppō.1. pono.ꝙ q̄dquid eſt cā cauſę natalr agētis
eſt etiā cā cauſati ab eodē:licet mediata.
2 illud notū eſt.¶Scđo.ꝙ cognitio intelle
ctualr de bono vel apparēte bono ſibi natu/
ralr includit volūtatē ad ſe:ꝛ facit motuʒ
pmū volūtatis.h̄ eſt manifeſtū ex dictis in
3 pmo articulo.¶Tertio ſuppono.ꝙ ītelle/
ctus ſit cauſa actiua ſuę ītellectōis pmę ꝛ
ſecūdę.ꝙ hoc ita ſit pbari deberet.iij.de aīa
pbať 1 ¶Sʒ ſuccincti trāſeundo pbať pmo ſic.
qꝛ phus ponit ꝙ reſpectu ſuę ītellectiōis i/
tellectus eſt agēs.ꝛ cū ille nō ſit alia aīa:
q̄ʒ ītellectus recipiēs ſiue poſſibil:ptʒ ꝙ in/
tellectus recipiēs intellectōem agat ad eiꝰ
2. pductōem.¶Scđo.qꝛ vel phātaſma in
virtute ſua producit intellectōem.ꝛ h̄ nō.
quia cum ſit diuiſibile:nō eſt natuʒ agere
in intellectū indiuiſibilē.vel intellectꝰ ha
bens phantaſma pro inſtrumēto in ſe pro
3 ducit intellectōem.ꝛ hoc eſt ppoſitū.¶ter
tio.qꝛ vtiq̄ʒ intellectus format in ſe omes
actus intelligēdi vniuerſales ꝛ cōplexos
atq̄ʒ diſcurſus.cū phantaſmata in virtu/
te ſua nō ſint nata talia agere:ꝛ quare nō
ſingulares:cum eadem ſit ratio:quia ſin/
gulares ſunt ita actus pmi ſicut commu/
nes:vt in pmo articulo dcm̄ eſt.¶Et q̄r/ 4
to.quia ſenſus agit ad ſuuʒ ſentire.ergo a
fortiori intellectus agit ad ſuū intelligere
añcedens ptʒ per commētatorē.ij.de aīa
dicentē ſuꝑ illo textu phi.'aīa eſt cā corpo
ris in triplici genere cauſę.ſ.finalis forma
lis ꝛ efficiētis.Q, aūt aīa ſit cauſa effici
ens omniū motuū corpis tam veroꝝ q̄ʒ
imaginarioꝝ.ꝛ videť ꝙ ꝑ motus imagia/
rios intelligat ſenſatōnes.Et ptʒ rōne.qꝛ
alr aīa canis eſſet nobilior inq̄ʒtū nutri/
ret q̄ʒ inq̄ʒtum cognoſceret.qđ videť falſū.
et patʒ cōſequētia.qꝛ inq̄ʒtum nutriret eſ/
ſet actiua.ꝛ in cognoſcēdo pure paſſiua.ꝑ
fectio aūt formę intelligiť magis penes a/
gere q̄ʒ penes pati.¶Quarto ſuppono.ꝙ ſuppō 4
intellectus ꝛ volūtas in homię ſunt eadē
aīa:ita ꝙ anima hoīs inq̄ʒtū cognoſcit ſi
ne organo corporeo vocať intellectꝰ:inq̄n
tum aūt cū illa cognitōe nata eſt appete/
re:vocať voluntas.¶Tunc ex illis proba pbatio
tur concluſio ſic.Intellectus eſt cā actiua ꝯclōis 2
pmi actus voluntatis.ergo voluntatis.cō
ſequētia tenet per quartā ſuppoſitōez.añ
cedens pbať.qꝛ intellectꝰ eſt cauſa ſuę ītel
lectōis actiua quę inclinat volūtatem.er/
go eſt cauſa illius pmi actus inclinantis.
cōſeq̄ntia tenet ꝑ pmā ſuppoſitōem.quia
q̄cquid ē cā cauſę eſt cā cauſati.mō intelle
ctio boni eſt cā illiꝰ pmę inclinatōis:ꝑ ſup
poſitōem tertiā.añs ptʒ ꝑ ſuppōnē tertiā.
¶Tertia concluſio.ꝙ hmōi pmi actus vo Cōclo 3
luntatis volūtas ſm ſe nō eſt cā actiua:vt
eſt volūtas.ptʒ.qꝛ nō videť ꝙ eū libere p/
ducat.ſʒ potiꝰ neceſſario recipiat:facta re
pñtatōe cōpleta intellectꝰ.Etiā nō videť
neceſſitas ponēdi aīam dupłr efficere p/
mā inclinatōem:ꝛ certū iuxta dicta pus:
ꝙ facit eam mediate:efficiēdo repñtatōez
boni vel mali.ğ fruſtra poneret etiā imedi
ate cōcurrere vt volūtas in ſe pducendo.
¶Et confirmať.qꝛ ſi vt volūtas actiē con Confir.
currit.vel h̄ eſt libere.ꝛ h̄ nō.qꝛ reſpectu p/
moꝝ motuū nō videť eſſe libera.cū(vt pri
us allegatū eſt)nō ſit in ptāte nr̄a quibus
viſis moueamur.vel nō libe ageret eum.
mō reſpectu hoꝝ q̄ facit nō libere nō videť
vocari volūtas.qꝛ hmōi agit ſiue velit ſi/
ue nolit.¶Corre.modꝰ pductōis actꝰ volē Corre.
di vidť eſſe iſte ꝙ pmo ex phātaſmatibus
intellectꝰ in ſe format cognitōem repñtan
tē aliq̄d ꝑ modū boi.Scđo.illa repñtati/

one naturaliter inclinat volũtatẽ. Tertio hac inclinatione facta volũtas libere põt in ſe formare acceptatõem: vel nõ formare. ꝛ cum vult format eã in ſe. Oppoſito mõ pporcionabili fit in nobis actus refutatõis. ¶ Quīta ↄcluſio. ꝙ licet aīa nr̃a agat in volũtate tam pmos actus ꝙ̃ etiam ſecũdos volũtatis: hoc tamẽ facit aliter ꝛ aliter valde. pbat̃ pma pars ex ↄclõnibus pma ꝛ ſcd̃a. pbat̃ ſcd̃a. qꝛ pmos actus facit vt eſt intellectus mediãte intellectõne et naturalr̃ nõ libere: nec vt ẽ volũtas. ſecũdos act⁹ facit libere: ꝛ vt eſt volũtas. vnd̃ in coꝝ põt oppoſitũ: ꝛ nõ in oppoſitum pmoꝝ. Hoc de .iij. arti.

In quarto articulo videdũ ẽ. Utrũ ſuſpẽſa ab actu poſſit ſe ipm ad actum determinare: omĩbꝫ remanẽtibꝫ aliis eiſdẽ. ¶ Ubi pmo noto ꝙ voluntatẽ voco ſuſpẽſam cum pſentato obiecto ſb ratione boni ſb qua põt ipm voluntas acceptare: ipũm nõ acceptat ¶ Pro ꝗ ſit pma concluſio hec. Poſſibile eſt volũtatem eſſe ſuſpẽſam ab actu: reſpectu obiecti pñtati ſb rõne boni. apparet pmo quia alr̃ nõ eſſet libera. pꝫ ↄña. qꝛ neceſſario acceptaret ꝗcquid ſb rõe boni pñtaret̃. ¶ Dicet̃ forte medẽdo negãdo ↄñam. qꝛ lꝫ neqͣt eſſe ſuſpẽſa ab actu: tñ libera eſt: eo ꝙ pt ipm refutare. ¶ Sꝫ h̃ nõ valꝫ. qꝛ ꝙ̃diu obiectũ pñtat̃ ſb rõne boni ſine incluſiõe malicię. nõ ſtat ꝙ volũtas ipm refutet. vt i alio arti. dicet̃. qꝛ nõ pt ferri in malũ ſb ratione mali. mõ refutare bonũ ſimplr̃ vt tale pñtatũ ſine rõne mali eſt ferri in malũ ſb rõe mali. ¶ Scd̃o pbat̃ ↄclio. qꝛ poſſibile ẽ ꝙ obiectũ pñtet̃ volũtati ſb duabꝫ rõnib⁹ eq̃liter ↄrio mõ mouẽtibꝫ. ꝗ põt eſſe ſuſpẽſa. ↄña nota eſt. qꝛ tũc nõ pl⁹ oportet acceptare ſb rõne boni ꝙ̃ refutare ſb rõne mali pbat̃ añs vt ſi repñtetur iuueni famelico in pcepto ieiunio de ſero cibꝫ ꝗ inclinat per modũ delectabil': ꝛ a rõne p ↄriũ repñtat̃ p modũ inhoneſti. qꝛ ↄ bonuꝫ obedientię. et pñt eſſe motus eq̃les. qꝛ ſi vn⁹ ẽ fortior remittat̃ ille: vel intẽdit̃ alter vſqꝫ ad eq̃litatẽ. ¶ Scd̃a cõcluſio. volũtas ſic ſuſpẽſa ſe libere põt determinare ad volitõem ſine noue bonitatis repñtatõe ſupueniẽte vel conſideratõe. pbat̃ ſic. a pncipio potuit accipere cũ illa repñtatõe. ꝗ etã ſuſpẽſa põt cum eadem. pbatio cõſeqntię. qꝛ pp̃ter ſuſpenſionem in nullo fit impotẽs formare in ſe ſuũ actum: impedimẽtis extrĩſecis ſecluſis añs patꝫ. qꝛ ponit̃ fuiſſe repñtatũ ſb rõne boni. qre ꝗ ex libertate ſua non poſſet acceptaſſe. ¶ Scd̃o ſic. qꝛ niſi volũtas omĩb⁹ aliis eodẽ mõ ſe hñtibꝫ poſſet acceptare ꝛ nõ acceptare: nõ eſſet liba. ↄ pus dicta. cõſeqntia tenet. qꝛ cũ nõ acceptaret obiectũ bonũ: neceſſitata eſſet ad nõ acceptãduꝫ: niſi p nouũ iudiciũ bonitatis ſupueniens ꝗ omĩbꝫ eodẽ mõ ſe hñtibꝫ nõ poſſet i oppoſita. ꝗ nõ eſſet libera. ¶ Tertio. volũtas põt ſe determinare ad acceptatõem. ꝗ concluſio va. ↄña tenꝫ. ꝛ pbat̃ añs. qꝛ h̃ eſt de natura agẽtis liberi: ꝙ ſe poſſit determinare. nã ſi ab alio determiaret̃: ab alio neceſſitaret̃. ¶ Quarto ſic pñtatũ ſb rõne boĩ ſalte nõ final': põt volũtas nõ velle. ꝗ poſt ſuſpẽſionẽ a volẽdo manẽte repñtatiõe boni põt illud velle. ↄña pbat̃ ſic. qꝛ cũ voluntas nat̃aliter ferat̃ in bonũ: magis vid̃r manente repñtatõe boni vt bonũ eſt poſſe illd̃ velle ꝙ̃ ſic pñtatũ poſſe nõ velle. añs pꝫ p articlm̃ pariſieñ. dicentẽ. ꝙ volũtate exiſtẽte in diſpoſitõe in ꝗ nata eſt moueri: ꝛ mouẽte ſic diſpoſito ꝙ natũ ſit mouere: īpoſſibile ẽ volũtatẽ nõ velle: error. ¶ Sꝫ ↄ hãc ↄclõnem valde apparẽter inſtat̃. pmo ſic. qꝛ ſi volũtas obiectũ nõ acceptat. h̃ eſt qꝛ nõ eſt ſibi repñtatũ de ſufficiẽti rõne bõitatis. ꝛ nõ põt acceptare niſi repñtatũ ſb rõne ſufficientis bonitatis. ergo ſuſpenſa ſine noua repreſentatõe nõ pt in acceptatiõeꝫ. tenet ↄña. ꝛ maior ptꝫ. quia qd̃ eſt ſibi repreſentatũ ſb ſufficienti rõne bonitatis ſp acceptat. ꝛ minor patꝫ. quia non põt ferri niſi in bonuꝫ. vt poſt dicet̃. ꝛ ergo nõ pt ferri niſi in repñtatum ſb rõne ſufficient̃ bonitatis. Forte dices. Immo repſentatum ſb ſufficiente rõne bonitatis: rõne libertat̃ poteſt nõ acceptare. Contra hoc. qꝛ tũc libertas videret̃ volũtati eſſe nociua ſi illud quod clare ſciret ſibi bonũ poſſet nõ velle. quia hoc eſſet malũ volũtati: nõ acceptare hoc quod eſſꝫ ſibi bonũ. ¶ Scd̃o ſic. qñcunqꝫ agens eſt ſufficienter preſens paſſo ea diſpoſitõne qua ipũm natũ eſt agere: ꝛ patiens pati: ſemp fit actio. ꝗ ſi voluntas pñtatũ bonũ vt bonũ nõ acceptat: h̃ eſt qꝛ ipm nõ eſt ſufficiẽter pſentatũ vt natuꝫ eſt mouere. vl' quia ipa nõ eſt ſufficiẽter diſpoſita ad moueri. ꝛ vltra. ꝗ niſi ſupueniat vl' noua repreſentatio vel noua diſpoſitio ex

parte volūtatis patiētis nō poterit volun
tas acceptare. tenet ꝯña vltia. q꞉ neq̄t ac/
ceptare: niſi ſufficiēter diſpoſita ad recipe/
re: ⁊ obiecto ad mouere. ⁊ p̄ma etiā. q꞉ per
añcedens illis duobꝫ ſtantibꝫ ſemꝑ eſt a/
ctio. Dicet̾ ꝙ añs eſt veꝝ in agētibꝫ natu/
ralibꝫ. ſed nō in liberis. Contra. motoꝛ cȩ/
li eſt motoꝛ volūtariꝰ: tm̄ ſemꝑ mouet his
Tertia ſtātibꝫ. ¶ Tertio ſic. q꞉ in om̄i mutatōe de
ꝯdictorio in ꝯdictoriūꝫ opꝫt interuenire
mutatōem. mō voluntate nūc nō velle cū
eſt ſuſpēſa ⁊ poſtea velle eſt trāſitus de ꝯdi
ctorio in ꝯdictoriū. ǵ opꝫt interuenire mu/
tatōem rōne cuius volūtas ꝓus nō volu
it. ⁊ poſtea vult. maioꝛ eſt articulus pariſiē.
dicēs ſic. Dicere ꝙ ꝯdictoria poſſit ſucceſ/
ſiue verificari ſine mutatōne: erroꝛ. ⁊ ē ph̄i
dicētis. ꝙ neceſſe eſt in his q̄ ſūt ad aliq̄d
hoc accidere. vt ſi cū ante nō eſt duplum:
nūc eſt duplū: mutari aut alteꝝ aut vtrū/
qꝫ. minoꝛ nota eſt Et tūc arguit̾ vltra ex cō
cluſiōe. opꝫt interuenire mutatōem ratio
ne cuiꝰ volūtas ꝓus nō voluit: ⁊ poſt vlt.
ergo opꝫt ꝙ interueniat vel noua preſen/
tatio bōitatis in obiecto: vel noua diſpoſi
tio voluntati ꝓpter quā vult. Et vltra. er
go om̄ibꝫ eodē modo ſe hn̄tibꝫ non p̄t vo
lūtas ſe dt̾miare poſt ſuſpēſionē. ¶ Quar/
4 to ſic. q꞉ ſi volūtas ſuſpēſa eſt a volēdo: ſic
ꝙ nō vult: opꝫt ꝙ ſit aliq̄ cauſa ꝓpt̾ quā
quieſcit in nō velle. ǵ ad h̄ ꝙ velit opoꝛtet
illā remanere. pꝫ ꝯña. q꞉ manēte cā ipius
nō velle: manebit nō velle. Et vltra. ǵ oī/
bus eodeꝫ mō ſe hn̄tibꝫ nō trāſibit ad vel
le determinādo ſe. ¶ Quinto. bene ſequit̾.
5 volūtas ſuſpēſa nō vult. ǵ omnia p̄ſenta/
ta non ſufficiūt ad producendū actuꝫ vo
lendi. quia agunt ſm̄ vltimū ſuū poſſe. et
vltra. ergo nūq̄ꝫ ꝓducet̾ ille actus: niſi no/
uo concurrēte ꝓducente. vl' producet̾ ſine
ſufficienti ꝓductiuo. Si p̄mū: tūc his ſtā
tibꝫ eiſdē nunq̄ꝫ producet in ſe actū volen
di. ǵ non dt̾erminabit ſe plus q̄ꝫ ante. Si
ſcōm: hoc eſt imaginabile ꝙ aliq̄d fiat: et
ſufficiēs cauſa ſuȩ productōis nō ꝯcurrat
6 ¶ Sexto. quia ſequeret̾ ꝙ īfinita eſſent ge
nerabilia quoꝝ nunq̄ꝫ aliq̄d gn̄abit̾. falſi/
tas patꝫ p̄mo cȩli in fine. q꞉ ph̄s ex h̄ de/
ducit ꝯdictoria. ſcꝫ ꝙ generabit̾ ⁊ nō gene
rabit̾. quia ꝑ aduerſariū non generabit̾: et
eſt generabile. pone in eſſe. ſequit̾ ꝙ gn̄abi
tur. ⁊ ſic generabit̾ ⁊ nō generabit̾. Et tam̄
conſeq̄ntia tenet. quia ꝑ te volūtas pōt

reſpectu p̄ſentati boni generare actū volen
di: ⁊ per te poteſt nunq̄ꝫ velle. pone ergo in
eſſe ꝙ nunq̄ꝫ velit. ergo ille actuſ eſt genera
lis quo voluntas iſtud vellet: ⁊ tamē non
generabitur. Et ita poſſet argui de infini/
tis aliꝭs. ¶ Septimo. q꞉ voluntas propo 7
ſitis duobꝫ bonis ȩqualibꝫ incōpoſſibili/
bus ȩqualiter eam inclinātibꝫ: nō poteſt
ſe determinare ad alteꝝ eoꝛū. ergo nec poſt
nō velle pōt ſe determinare ad velle: omni
bus ſtātibꝫ eiſdem. probatio ꝯſeq̄ntiȩ. q꞉
magis videt̾ ſe poſſe determinare ad prȩ/
ſentatū bonum. q̄ꝫuis cum alio bono incō
poſſibili. q̄ꝫ ꝙ poſſit acceptare bonū preſen
tatū ſic remiſſe ꝙ ip̄m ante acceptare non
voluit. añcedens ꝓbatur. q꞉ vel determia
ret ſe ad vtrūqꝫ. ⁊ hoc eſt impoſſibile. cum
ſint incōpoſſibilia. vel ad vnū tm̄. ⁊ nō eſt
potioꝛ ratio de vno q̄ꝫ de alio. ǵ vel ad vtrū
qꝫ: vel ad nullum. argumēto ph̄i. 4. phiſi
coꝝ. volēris probare ꝙ in vacuo nō fieret
motus naturalis. quia nō potioꝛ ratio q̄/
re huc q̄ꝫ illuc. vel ergo ad omnē differen/
tiā. vel ad nullā. ergo ſimil't hic. vel ad nu/
lum ſe determinabit: ⁊ habet̾ ꝓpoſitū. ¶ O/ 8
ctauo. quia volūtas vt videt̾ obiecto ſuf/
ficiēter p̄ſentato ſb̄ rōe boni: neceſſario ac/
ceptat vel deliberat. modo ſi deliberat: nō
poteſt ad velle ſine noua dt̾minatōe. igit̾
tenet ꝯſeq̄ntia. ⁊ patꝫ maioꝛ. quia ex q̄ bo
num ꝓponitur ſufficiēter vt tale: vtiq̄ꝫ mo
uere habet voluntatē Et cum nō poſſit eā
mouere ad refutatōem. q꞉ rep̄ſentat clarū
bonū. ſequit̾ ꝙ vel ad velle vel ad delibe/
rare. minoꝛ manifeſta ē. q꞉ ſi deliberat: tūc
de obiecti bōitate dubitat. ⁊ ex cōſequenti
cum nō velit niſi ſb̄ rōne boni. ergo niſi no
uum de bonitate iudiciū veniat: non acce/
ptabit. ¶ Nono. quia ſi hȩ rōnes non con 9
cluderēt: tunc etiam hoc maxime Ariſto/
teles cognouiſſet: ⁊ tamē ideꝫ Ariſtoteles
reputat eas bonas. ergo cōcludere vident̾
cōſeq̄ntia tenet. ⁊ maioꝛ patꝫ. quia ſubli/
mis erit: in ingenio naturali ad tm̄ ꝙ vtri/
qꝫ ſciuiſſet defectum cōſequētiaꝝ. Et mioꝛ
patet. quia. viij. phiſicoꝝ per ſimiles rati
ones concludit ȩternitatem motus. ſicut
patet inſpicienti. ¶ Hȩ ſunt rationes
q̄s ponūt pro ſe illi qui ponūt oīa de ne p̄minētes
ceſſitate euenire. quȩ opinio eſt ꝯ̄ria ſacrȩ
ſcripturȩ ⁊ philoſophiȩ. ⁊ cui nullus fide/
lis debet quolibet modo ꝯſentire: etiam ſi
rōnes diſſoluere nō valeret. Debet etiā ſci

re:ꝙ vt dicit btūs Auguſtin⁹:maior ē ſa/
cre ſcripture auctoritas:ꝙ̄ omis humani
ingenij ꝑſpicacitas.⁊ ergo firmiter crede/
re quicquid ſacro canone biblie eſt expreſ/
ſum: vel per eccleſiam determinatū. ſcti ſpi
ritus etem̄ reuelatōe eſt ſacra ſcptā tradi/
ta:qui eſt ſpūs veritatis:et nō erroris. Et
quid mirum:ſi nō de om̄ibꝫ rōnibꝫ ego ſci
am mihi ſatiſfacere:vel etiam auditoribꝫ
cum ſup meā ꝯphenſiuā virtutē innume/
12 rabilia ſint:⁊ poſſint eſſe vera.¶ Scđo p̄/
mittēdū puto.ꝙ nō reputauit Ariſtoteles
nec phi has rōnes cōcludere de volūtate
homis. Dic em̄ phus (et allegatū eſt i ſe
cundo articulo) ꝙ operationū dn̄i ſumuſ a
pncipio vſqꝫ in finē.i.iij. ethicoꝝ:vbi eti/
am dicit:ebrijs debere duplices increpati/
ones.nō ſolū pro ea quā inferūt iniuria.ſꝫ
etiam pro ebrietate.qꝛ in ptāte eoꝝ an̄ fu
erat nō inebriari. Nō ergo reputat phs ꝙ
eoꝝ ebrietas erat neceſſaria futura: ſed li/
bere volūtate eoꝝ inordinate ſe replēte. Et
veraciter ſophiſtice ſunt rōnes: nec tamē
valent:ſicut a tenentibꝫ ꝯrium eſtimatur
Ad 1 ¶Uenio igiť ad ſolutōnes eaꝝ.¶ Ad pri/
mā:nego maiorē. Dico em̄ ꝙ ſecluſo vltio
fine clare viſo volūtas poteſt obiectuꝫ ſi/
bi p̄ſentatum ſb ſufficienti rōne bonitatis
ex mera libertate ſua nō acceptare. vn̄ ne/
gandū eſt ꝙ acceptet ſemp ſibi p̄ſentatuꝫ
ſb ſufficiēti rōne bonitatis. qꝛ pōt velle ple
nius deliberare. Itē pōt velle expiri liberta
tem ſuam ⁊ ppter hoc nō acceptare: imo
etiā nude nullā formādo volitōeꝫ pōt nō
acceptare. Ad impbatōem cū dr:ꝙ liber/
tas volūtatis eſſet homi nociua. Rn̄deť ꝙ
certū ſit ꝙ libertas ſit mltis nociua abutē/
tibꝫ ea. ſed de per ſe nō eſt nociua:cū ſit cō/
ditio nobilis. Ad pbatōem ꝯn̄e.qꝛ malū
eſt volūtati nō acceptare illud qđ eſt ſibi
bonū cognitū eſſe tale.¶ Hic rn̄deť ꝙ ſi lo
1 quať arguens de bono ꝯgnito cū formidi
ne annexe malicie vel maioris mali: tunc
manifeſtū ē ꝙ nō acceptare ⁊ deliberare nō
eſt nociuū:ſꝫ bonū ⁊ prudētie.qꝛ tunc pru
dentie eſt nō acceptare donec plenius co/
2 noſcať bonitas p̄ſentati.¶ Scđo.qꝛ ſi i eo
nō videat niſi bonū:adhuc nō acceptare
nō eſt nociuū ſꝫ bonū.eo ꝙ ſepe ratio mali
annexi ita eſt latēs ꝙ ꝙ̄uis ſe nō repſentet
tamē ſapiētiſ eſt inquirere ſi ſb ſit. Sꝫ hec
3 fateor non ſoluūt.¶ Nō ponam⁹ cū om
ni modo notū ſit ⁊ debite inqſitū.ꝙ h̄ eēt

bonum ſibi.vt ſi pctōris volūtati pponať
cōfeſſore idoneo pn̄te cōfiteri: ſeclūſis alijs
impedimentis pleno ſtante iudicio rōnis
ꝙ hoc eſſet ſibi bonū.dico ꝙ adhuc pōt nō
velle cōfiteri.⁊ ꝯcedo ꝙ ptunc ſua liberta
te abutať.⁊ qđ eſſet ſibi bonū:libere nō ac/
ceptat.nec hoc eſt incōueniēs.qꝛ hoc non
eſt ex pte libertatis:ſꝫ ex pte volūtatꝫ defi/
cientis ⁊ nō volentis ſequi iudiciū ratōis
recte. Unde nō eſt dubiū: multi damnan
doꝝ dānabanť:qꝛ liberi erant in volnnta
te.⁊ hoc in eis erat occaſio dāni. ſcꝫ libtaſ
eo ꝙ ea abutunť.nullus em̄ eoꝝ damnat⁹
extitiſſet niſi liber fuiſſent.cū deus nō infe/
rat penā vbi nō repperit culpā. Sꝫ illud
nō eſt de p ſe ex parte libertatiſ:ſꝫ ex parte
deficiētis voluntatis accepta cōditōe no/
bili abutentis cui⁹ bonus vſus fuiſſet ſibi
i augmentū glie:titulus glioſus. qꝛ bene
vtendo ea debuit eſſe coactor ſue pprie ſa/
lutis.¶ Ad ſcđam negeť maior in agētibꝫ Ad 2
voluntarijs.ſed in agentibꝫ naturalibꝫ ve
ra eſt. vnde p̄ſentato bono ſufficiēť ad mo
uēdū volūtas pōt acceptare ⁊ nō accepta
re.qꝛ libera eſt.nec optet aliā rōem aſſigna
re niſi libertatē volūtatis. puta vicꝫ ꝙ ideo
volūtas nō acceptat.qꝛ nō vult. Ad imp
batōeꝫ de motore celi diceť poſt.qꝛ Ariſto
teles nō reputauit eū liberū. vt dcm̄ eſt:li
bertate oppoſitōis :ſꝫ ſolius cōplacentie.
et ideo ꝙ de eo reputauit ꝯcludere: non ſic
cōcludit de homine cuius volūtas muta
bilis eſt.¶ Ad tertiā ꝙ in trāſitu q̄ volūtaſ Ad 3
pmitus ſuſpēſa:poſtea illud idē pn̄tatum
quod pus nō voluit acceptat:bene cōcur
rit mutatio.ſ.actualis poſitio volitionis
que pus nō fuit in volūtate.hec tamē vo
litio nō eſt cauſa impellēs vel efficiēs q̄ vo
lūtas vult quod ante nō voluit. Sꝫ ē ſo/
la cauſa formalis qua voluntas vult. Cā
autē determinās ad hanc volitōem eſt ſo
la volūtas ſua libertate nunc acceptās qđ
ante nō voluit acceptare:eiſdē exiſtentibꝫ
impellentibꝫ. Sicut cum deus dict⁹ ē cau/
ſans cum ante non fuerat cauſans: muta
tio facta eſt vel ſiml' fiebat.ſcꝫ poſitio cre/
ature in eſſe.que tamē poſitio nō fuit cau/
ſa determinans voluntatē diuinā ad crea
re.ſed effectus diuine volūtatis determia
te per ſeipām ad nunc creare ⁊ nō ante. Et
ſi dicatur ꝙ ꝯrioꝝ ꝯrie ſunt cauſe.ergo ex/
quo voluntas eſt pmo cauſa nō volitio/
nis nō videť ꝙ penitus eadem poſſit eē cā

volitōis reſpectu eiuſdē. Rñdeat: ꝙ hoc ſit
veꝝ in naturalibꝫ agētibꝫ: nō ī liberis. po/
tentia em̄ rōnalis pōt in oppoſita. vt ha/
Ad 4 bet. ix. meth. ¶ Ad quartā cui⁹ ſimilē facit
phus. viij. phiſicoꝝ ad ꝓbandū ꝙ ſp fuit
motus: dicit̄ pmo. ꝙ quiet in nō velle nul
lā opter in agentibꝫ liberis ponere cauſaꝫ:
niſi libertatē volūtatis q̄ ex libertate ſua ꝓ
us nō voluit idem. ꝛ poſt idē vult. vt eius
ꝙ dēs añ mūdū mouē nō voluit ꝑ tpe ima
ginario ꝓori nulla fuit cauſa: niſi libertas
diuina que ſe determinauerat ad incipere
motū in inſtanti creatiōis mūdi ꝛ nō an/
te: ꝛ eadem volūtas dei eſt poſt cauſa q̄re
fit motus. qꝛ ꝑ tunc placuit ſue bonitati
mouere. nec de hoc alia cā querēda ē. Et
ergo ibi nullā cauſam opter remouere pro
pter quā pmo quieuit. hoc em̄ in agētibꝫ
naturalibꝫ locū habet. que mouēt cū pñt.
in illis em̄ ſi pus nō mouet: cauſa ē hmōi
nō motionis quā opter remouere. in agen
Ad 5 tibꝫ liberis ſufficit ſola volūtas. ¶ Ad qui
tam. ꝯcedit̄ ꝙ omīa pñtata nō ſufficiunt:
ad ꝓducendū actū volendi. qꝛ illū nō po
teſt aliq̄d agere in volūtate: niſi ipa volun
tas que eſt ſui actus ſecūdi ꝓductiua. vt ī
tertio. artic. dc̄m eſt. Nec pñt eā cogere re
p̄ſentata exteriora: ſecluſo deo. cui nō con/
gruit volūtati vim inferre. ſed neget̄ ꝯña:
cuꝫ infert̄. ergo nunq̄ ꝓducet̄ niſi nouo ꝓ/
ducente cōcurrente. ꝛc. niſi volūtatem vel
les vocare nouū ꝓducēs que poſt produ/
cit ꝛ p⁹ nō ꝓduxit. ipa em̄ volūtas cū illa
repñtatōe repñtāte rē ꝑ modū bōi ſufficiēs
eſt productm̄ volitōis: cū vult: cuius an/
te etiā erat ſufficiēs potētia que illis alijs
Ad 6 omnibꝫ ſtantibꝫ potuit nō velle. ¶ Ad. vj
concedit̄ ꝯña ꝛ ꝯns: imo phs cōcederet ꝙ
mlti homies poſſent gñari ab his q̄ ma/
nent caſti: quoꝝ null⁹ vnq̄ gñabit̄. ꝛ ergo
hoc nō eſt mirū in actibꝫ volēdi. Et ad ip
ſum in pmo celi dr. ꝙ phus voluit non de
indiuiduis: ſꝫ de gñabili ſbiectōe remoto
ſcꝫ de materia ꝙ illa gñabit̄. ſtante eterni/
tate mūdi: ſucceſſiue ſb cuiuſlibet ſpēi gña
bilis naturaliter forma: ꝛ ita etiā corrum/
petur ſbiectiue ſb qualibet forma. Vel ſi i
telligere voluerimus de gñabilibꝫ termia/
tiue: tūc debet ſic exponi. ꝙ cuiuſlibet ſpeci
ei gñabiliū terminatiue per viā nature ali
quod indiuiduū gñabit̄. ꝛ eodē mō ſpeci
ei corruptibilis aliqđ indiuiduū corrūpe
tur. Et h̄ vidꝫ ſibi ſufficere ad intentionē
ſuā. qꝛ vult pncipalr̄ ꝓbare ibidē ꝯ plato
nē: mundū nō eſſe genitū a pte añ. qꝛ ſic e/
tiā eſſet aliq̄d ſue ſpēi adhuc gñabile. qđ
nō videt̄: imo etiā eſſet corruptibil̄: cuius
ꝯ Plato ꝯtrium dixit. ponēs eum ꝑpetuum.
de hoc nō ſpectat ad p̄ſens. ¶ Ad ſeptimā Ad 7
neget̄ añs. ad ꝓbatōeꝫ dicit̄. ꝙ poſſit ſiml'
ad vtrūq̄ ſe determinare. put li ad vtrūq̄
cōſtruit̄ a pte ante: ꝛ ſiml' determinat potē
tiā. Sꝫ nō pōt ſe determinare ſil' ad vtrūq̄.
prout li ſimul ꝯſtruit̄ a pte poſt. ſꝫ pōt ad
hoc ꝛ pōt ad illud. ſꝫ nō pōt ambo ſiml': eo
ꝙ ſunt incōpoſſibilia. Ad ꝓbatōem quā/
do dicit̄. ꝙ vel ad ambo vel ad nulluꝫ. ne
go illā diuiſionē. ꝯcedo tñ ꝙ nō ſit potior
ratio de h̄ q̄ de illo: niſi ſola libertas vo/
lūtatis. ꝛ cum dr: ꝙ phus ſic arguat in. 4.
phiſicoꝝ. Dr. ꝙ phus ibi arguit de motu
naturali ad locū qui fit ꝑpter ꝯſeruatiōeꝫ
locati. qui nō poſſet natalr̄ loq̄ndo fieri in
vacuo. eo ꝙ ipm nō haberet plus virtutē
cōſeruatiuā locati in vna pte q̄ in alia. h̄
aūt applicari nō pōt de ꝟtute ad agētia li/
bera. que pñt pñtatū bonū eligere ꝛ etiam
nō eligere. vel vnū eligere ꝛ alid ęq̄le refu
tare: ex ſola ſua libtate. qđ in natalib⁹ nō
hꝫ locuꝫ. ¶ Ad octauā. neget̄ tā maior q̄ Ad 8
minor. pōt em̄ volūtas obiecto ſibi ſuffici
enter pñtato per modū boni ab eo nō mo/
ueri: niſi quo ad actū pmū. vñ pōt nec vel
le: nec velle de eo deliberare. ſꝫ pō t nulluꝫ
actū de ſe formare. vt dic̄ artic. pariſieñ. p
us allegat⁹. ¶ Scđo etiā de eo ſup q̄ delibe
rat: eo ꝙ bonitas eius ſb dubio pñtat̄. pōt
ex illa rōne bonitatis in ſe formare volitio
nē determinādo ſeipaꝫ. imo ſic ſępe facim⁹
nos ponēdo ꝑiculū. qꝛ determinatōeꝫ pro
vna parte vel ꝑ alia ꝯcludere nō valētes:
nos ad alterā determiam⁹. ¶ Ad nonā dr Ad 9
ꝙ ꝓut dc̄m eſt Ariſtoteles reputauit deū
neceſſario agere ad ex: neceſſitate incuita/
bilitat. ſic nos natalr̄ neceſſario illa neceſ
ſitate dicim⁹ pr̄em gñare filiū. vt in. x. q. j.
dc̄m eſt. nō aūt reputauit eū liberū liberta
te oppoſitionis. eo ꝙ credidit ꝙ nō poſſit
mōm nō ꝯſuare nec creare nec annihila/
re. q̄ ex lumine naturali (vt dc̄m ē) nō poſ
ſūt hr̄i. Et g̃ rōnes illas credidit valere de
pmo motore ſiue de deo: quē poſuit imu/
tabilē ſicē. q̄s tñ nō crederet valere de vo/
lūtate hois: q̄ mutabil' eſt et libera liberta
te oppoſitionis. Unde eaꝫ diceret ex me/
ra libertate preſentatum bonū pmit⁹ poſ